JOANNIS BISSELII,

è Soc. Jesu,

ANTIQVITATUM ANGELICARUM novi Testamenti,

TUBA JAMBICA,

juxta Exemplar Ambergense recusa.

Augustæ Vindelicorum,

Apud Laurentium Kronigerum,
& Hæredes Theophili Cœbelii,
1701.

Amice Lector.

JAm in operis prioris vestibulo te præmonui; res Angelorum gestas, Novi *quoque Testamenti, non secus, ac* Veteris, *ANTIQVITATUM jure, titulóque, censeri: si præsertim ad* Angelorum *illa prodigia conferantur, quæ, post historias Canonicas ad metam perductas*, novissimîs *denique temporibus, ac sæculîs, evenerunt; & necdum evenire desinunt.*

Et alioqui sanè, si vel po-

Amice Lector.

ſtremarum ætatum Acta nulla proferri poſſent Angelorum: illa ſola, quæ Novum *intravêre* Teſtamentum, *& hîc à me compoſita ſunt; ab annis jam plusquam mille ſexcentísque peracta, ſenii majus ævum, quàm Mathuſalem ullus, adepta ſunt. Quôniam ergò jure, nomine privarentur* Antiquitatis; *quæ* novitatem *habent, tam vetuſtam? Vale.*

Appro-

Approbatio.

EGo Jacobus Rasler, Societatis Jesu, per Superiorem Germaniam, Præpositus Provincialis, Antiquitatum Angelicarum Tubam Jambicam, Gestorum novi Testamenti Libris Tribus deductam, à P. Joanne Bissel io, Societatis nostræ Sacerdote, & à Censoribus probatam, pro potestate à Patre Nostro Joanne Paulo Oliva, universæ Societatis Præposito Generali, acceptâ, in lucem per typum

dari.

Approbatio.

dari, permitto. In cujus rei fidem hoc testimonium, chirographô & sigillo officii mei munitum, dedi. Ambergæ, 10. Maji, 1669.

Jacobus Rassler.

TUBÆ JAMBICÆ

Antiquitatum Angelicarum Testamenti novi

INDEX.

LIBRI I.

I. *Ab Angelis testamenti veteris, ad Angelos testam: novi, transitus.* pag. 8.

II. *Populi Judaici, sacerdotisq; Zachariæ, desideria; Messiam diversè flagitantium. S. Joannis conceptio, & ortus, ab Angelo prænuntiantur.* 10

III. *Ab eodem Angelo annuntiatur Christi conceptio.* 22

IV. S.

INDEX.

IV. *S. Josephi de Sponsa gravida, mœsta cogitationes, dissipantur ab Angelo.* 38

V. *Ortus Christi virgineus, ab Angelis, & aliis, variè honoratur.* 48

VI. *Magi, & Christus infans, Herodis insidias, Angeli monitis, effugiunt: dum Innocentes parvuli caeduntur. Ab Angelo Christus ex Ægypto revocatur: & locô tutô sistitur.* 55

VII. *Christo, post pugnam cum Sathana, ministrant Angeli.* 65

VIII. *Piscinam probaticam salubriter agitat cœlestis Angelus.* 71

IX. *Ab Angelis in sinum Abrahæ Lazarus; à diabolis, in Gehennam dives epulo, deportantur.* 74

X. *Ab Angelo Christus, in Oliveto, roboratur.* 79

LIBRI

INDEX.

LIBRI II.

I. *Excitatio, ad lætiora deinceps pangenda.* 181

II. *Christi descensus ad Inferos; & ab Inferis regressus ejusdem, ad vivos.* 182

III. *Angeli, Resurrectionis dominicæ nuntii.* 185

IV. *Angelus, sepulcri - custodum terror.* 189

V. *Christus, Angelîs comitantibus, in cœlum ascendens.* 192

VI. *Eunuchus Æthiops, per Philippum, ab Angelo immissum, ad fidem, ac baptismum, adductus.* 200

VII. *A DEO, & Angelis, directi Apostoli; terras, Insulásque varias Christo, ex Gentibus, invitîs Judæis, adjungunt.* 205

INDEX.

VIII. *Ab Angelo præinductus Cornelius centurio; à S. Petro, accersitô, fidem, cum suis, & baptismum, accipit.* 210

LIBRI III.

I. *Ab Angelo prædicitur S. Paulo naufragium atrox: sed innoxium.* 249

II. *Apostoli, simùl omnes, ab Angelo educuntur custodiâ publicâ.* 271

III. *Ab Angelo Domini S. Petrus educitur Herodianô carcere.* 273

Subjungitur operis Conclusio, *brevis, & apologetica.* 296

TUBÆ

TUBÆ JAMBICÆ ANTIQVITATUM ANGELICARUM NOVI TESTAMENTI

LIBER I.

ARGUMENTA partitionum.

I. *ANte Christi* JESU *adventum, per sæcula plurima, crepusculum veriùs, immò caligo nóxque potiùs, quàm Lux plena rerum Divinarum, mundum insedit. Postea verò,* Sole Justitiæ, *per Incarnationem Filii Dei, exortô; continuò pleniùs omnia, etiam circa Angelos, & eorum apparitiones, quàm antehac, effulserunt.*

II. *Quemadmodum* Sol *oriturus, ante se splendorem Auroræ præmittit: sic, Verbum Patris æternum, carnem assumpturum, mittit ante faciem suam Joannem baptistam, præcursorem; Lucernam lucentem, & ardentem, tempore regis Herodis Ascalonitæ: adversùs cujus tyrannidem populus enixè Deum interpellabat; ut Messiam tandem aliquando mittere dignaretur, Redemptorem. Eadem autem, & multò fervantiùs, petebat à* DEO *Zacharias; cùm, autumni tempore,*

per occasionem festi Scenopegiorum, Sacerdotiô fungeretur in templo Ferosolymorum. Describitur, per transennam, tabernaculorum sollemnitas; ejúsque instituendæ caussa. Subnectitur Precatio Zachariæ, pro Adventu tandem Messiæ; ad altare Incensorum. Precanti, se conspicuum offert Gabriel Angelus: denuntiat futurum Joannis ortum, è conceptu de sterilibus & effœtis parentibus: aliáque; quæ in Evangelio exprimuntur: præsertim autem, similitudinem ejus, & Eliæ: exultationémque in utero materno. Zachariæ, de promissionum tantarum eventu, scrupulosa morosáque dubitatio, increpitatur ab Angelo; pœnâ Incredulitatis ei indicta, protinúsque subsecuta. Nascitur Joannes; ac circumciditur.

III. Nazarethi, in Galilæa, descriptio. Angeli Gabrielis descensus è cœlo in terram, Nazarethum versùs; tempore vernô, post æquinoctium. Aspectus, & admiratio, LILII, i. e. castissimæ Virginis MARIÆ. Ejusdem puellæ, tum occupatio sancta; tum ardentia mentis vota, & Affectus erga eam, quæ Messiæ futura Mater esset: De Seipsa verò sensus modestissimus. Ad eam repentè ingreditur Angelus: eámque salutat, titulis, qui partim in verbis, ab Evangelio expressis, continentur: partim in vocabulo MARIA latent. Inter quos titulos, occasione verborum, Gratiâ Plena, mentio fit Fontis cujusdam amplissimi in Chanæanitide; cognomentô, Phialæ. Cætera quoque Salutationis Angelicæ verba expendúntur:

duntur: unà cum pretio Unionis Hypostatica; Reconciliationis hominum cum Deo; & Maternitatis DEI; quam sanctissima Puella hæc aditura mox esset. Quàm Magnus præterea, supérque cæteros omnes Excelsus, coram Deo, & Hominibus, futurus esset, Filius, ex ea nasciturus; & quanta Imperii illius Diuturnitas: cuj regum aliorum brevis potentia, æquiparata, nullius æstimationis sit. Recusans autem MARIA Maternitatis DEI munus, si geri citra jacturam Virginitatis nequeat; docetur ab Angelo; Qua ratione, útraque Dignitas ista, simul constitura sit, utriusque statu salvô: Vi scilicet Omnipotentiæ DEI; & Spiritûs Sancti mirificâ cooperatione. Quam certitudinem Angelus firmat, etiam exemplô fœcundationis Elisabethæ: Assensúque demum Virginis impetratô, Verbôque pariter mox Incarnatô; discedit (invitus licèt, & ad tempus duntaxat,) à Maria: reditque in Cœlum.

IV. *MARIA, Christi conceptî mysterium, pro solitâ sibi demissione, celans Josephum Sponsum; eô tamen non dissentiente, abierat in Judææ montana loca; visens illic Elisabetham cognatam: suísque eam ministeriis, trimestríque præsentiâ, refocillans. Reversa verò Nazarethum cum uteri tumore, satìs jam notabili: nesciens, & innocens, à nescio rerum gestarum, & innocente, Josephô, suspicionibus impetitur variis; nec paucioribus ab eodem excusationibus absolvitur: eô tamen exitu cogitationum; ut, priusquam Ma-*

riam Judiciô forenſi periclitari patiatur, ab ea potiùs ipſe clam diſcedere, meditetur. In ipſo tamen denique abitûs molimine, per quietem nocturnam, ab Angelo, luculentâ Virginem apologiâ purgante, ſaniora docetur capeſſere conſilia: retinere ſponſam; nominare, nutriréque puerum, ex ea divinitus oriturum. Quibus ille præceptis acquieſcens; ſibi, Sponſáq́, aliquamdiu gratìs afflictâ, pacem animi reſtituit.

V. E Nativitate Chriſti, concepta à Piis lætitia, parodicè proponitur; & per ſimilitudinem quoque bucolicam. De tempore, & horâ Nativitatis, ac Stellâ, à Balaámo prædictâ: totôque tunc Cœlô lucidô. Angeli paſtoribus Chriſti nuntiant ortum: &, ex eo proventura Mundo, commoda. Ipſorúmmet Angelorum ingens indè gaudium, ac DEI laudes: & paſtorum aſſenſus. Chriſtus adorari jubetur: & reipſa mox à diverſis, ac præſertim à Magis, adoratur.

VI. Magi, poſt adorationem, Chriſto parvulo præſtitam, jubentur ab Angelo, prætermiſſô ad Herodem reditu, ſuas ad ſedes remigrare: Quorum inopinô clandeſtinôque diſceſſu compertô: tyrannus Herodes vehementer excandeſcens, utì lupus quidam cruentiſſimus, agnellorum gregem, ſic ipſe, truculentô ſuo mandato, Bethlehemiticam pueritiam, uſque ad biennes, omnem interficit. Priùs autem, quàm id fieret; ne & Agnus-Dei victimis illis adjiceretur, Joſephus, in ſomnis admonitus ab Angelo, puerum JESUM, cum matre

tre MARIA, (posteaquam, aliquantisper devians, in viam tandem reductus esset) asportat in Ægyptum: ibique latet in urbe Heliopoli. Post regis autem obitum, revocatus ab eodem Angelo; in Chanaanitidem terram denuò se recipit. Judea tamen, unà cum ejus præside Archelaô, providè declinatâ; eodem cœlesti usus directore, cum suis Galilæam, ac Nazarethum, repetit. Subnectitur his, brevissimè, caussa ratióve tam sollicita cura venerationísque; puerulo JESU ab Angelis impensa.

VII. Quod autem JESU puerulo præstiterunt obsequium; id frequentiùs post hæc, etiamsi adulto jam, exhibuerunt Angeli: decorô apparentes habitu. Nominatim verò, cùm baptismo Christi, honoris caussâ, frequentes adsisterent. Hujc sollemnitati successit, post aliquantum temporis, etiam Victoriæ gratulatio: cujus ista, quam narro, fuit occasio. Secesserat à baptismo Redemptor noster in eremum Quarentanam; jejunio, & ascési divinarum contemplationum Quadragintadiali, intentus. Eum illic Diabolus ausus aggredi, sollicitavit ad ostentationem Divinitatis sue; primò, panum procuratione prodigiosâ: deinde, precipitiô sui spontaneo, de peribolo templi. Rejectus autem utrimque; per summam tandem impudentiam, etiam adorationem suî exegit ab eo; sub pacto suprema in terris potentia consequenda. Sed hîc planè fugatô Sathana, Victor Christus, ab Angelorum pratoriano satellitio honora-

noratur ac donatur impensè, diversis sub titulis. Ab hoc tamen, Angeli transeunt ad hominum ægrorum curam.

VIII. In Piscina namque Probatica (quam lectio nostra vulgata Bethsaidam, Græci ferè Bethesdam, nominant); quoties Angelus moveret Aquam, curabatur è cœtu malè habentium unus: & quidem ille, qui suâ, vel aliena industria, pra cæteris omnibus in Aquam prior descendisset. Triginta verò, & octo annos in infirmitate habentis, & tunc ibi cubantis, atque à Christo curati, hîc idcirco nulla fit mentio: quoniam ad Angelorum interpositam operam ea narratio non spectat.

IX. Designatur, ex historica veritate, quænam in parte Jerosolymorũ, Dives ille Epulo Evangelicus habitaverit. Describitur ejus luxus, & Epicuræa vita ratio: Lazari contrà, mendicitas, egestas omnium rerum, omne morborum genus; & epulonis, ac domesticorum ejus, in eum duritia. At Lazarum, vita vinculis solutum tandem; Angeli Boni (quò suam, initiô Partitionis hujus expressam, erga Pias animas emigrantes sollicitudinem proderent) in requiem transferunt: Epulonem verò, & ipsum postea mortuum, horrenda Tartari tormenta, cum bonorum omnium obstinata negatione, excipiunt. Unde monemur; ut maturè hîc ad sanctum exitum præparemur.

X. Post supremam cœnam, egressus JESUS; occasione trajecti Cedrónis, expendit secum verba po-

ba postrema psalmi 109. ac mox, sublabente tristitia, cogitare orditur; Quàm arduum aggrediatur Opus, expiationis culpa primorum parentum, in suomet jam jamque capite luenda. Apprehendit deinde sensim dolenter, in parte animæ inferiore, sui ab omnibus desertionem: amplius, paullò pòst, augendam. Cogitat, in angore, de loco refugii solatiiq; reperiendo. Cúmque displiceret, eum in usum, Vallis Josaphati; solatiis cæteris omnibus, recursum ad Patrem, ac preces, præfert. Hinc, mœstitia in momenta singula increscente, (quam & discipulis tribus fatetur) cum iis Hortum Oliveti petit: discipulósque ad vigilias, & comprecationem, exhortatus; ipse Patri fervidè supplicat, pro Calice passionis, à se (ad arbitrium tamen ejus,) auferendo. Calicem autem hunc, in Spiritu, & ecstasi, cernit capacissimum; instar Cratéris Ætnæi: continentem in se totius mundi flagitia omnia, flagitiorúmque pœnas sempiternas; &, ad eas condemnatos. Intellectô verò divinitus; Calicem hunc talem, modis, à Deo destinatis, exhauriri oportere; cùm, ad hoc, paratum se, Christus ostenderet: vi nihilominus, ac viâ, Propassionibus laxatâ, oppressus; in luctam mortualem, ad sudorem usque sanguineum, collabitur. Angeli tamen obsequiosô solatiô erectus tandem; animô heroicô residua adhuc Passioni obviàm procedit: in documentum nostrum.

I.

Ab Angelis Testamenti veteris, ad Angelos Testamenti novi, fit transitus.

ANGELICA priscis Gesta codicibus data,
Quæ nunc recens digessit in Jambos labor;
Decies quaterna, seu quid excurrit suprà,
Sorpsêre stadia Sæcularis circuli (1).
Multis sed annis, multa Nox, fuscans viam,
Ac spissa sæpe nebula, velavit Diem;
Legísque Veteris mysticô Verum typo
Involvit: ut perplexa lux Phœbi, fretum
Subitura quando Bæticum, (2) radiis tremit
Dubiis; fugâq; Vesperum obscurâ premens,
Obnubit atræ regetis, & Phœben, (3) sinu.
Hâc pæne rerum Numinis caligine,
Tenebrisque, veteris instar Ægypti (4) horridis,
Ab Orbe nato, Facis ad exortum novæ, (5)
Quam, nube tectam Carnis, advexit DEUS,
Pressæ sedebant, LEX, & arx legum, Sion.
Ast ubi, sub Orbis pæne jam Occiduum
diem, (6)
Horámque Mundi languidi novissimam,
VIR patuit ORIENS (sacra quem talem (7)
canunt
Monimenta Vatum) genitus Ingeniti sinu:

Utrius-

Utriusque Lampas orbis, ac melior Dies,
Prodire cœpit, ac suî fructum dare,
Non noctilúcis (8) Israëlææ modò
Telluris oris, aut Idumæis jugis;
Sed, quà plaga Orbis sicca, quàque humens,
jacet.
Ibi, nube (9) cœpit pluere Virgineâ, Omnibus
Desiderata Gentibus, (10) VITÆ seges.
Temporis ab illo vernat articulo Salus;
Cœlôque patulo, pæne Nox ipsa, est Dies: (11)
Dum Siderum, omnis terra, notitiâ scatet. (12)
Ne plura! Postquã fulsit in mundo DEUS,
Mortalium, vitæ auctor, immistus choris;
Non astra propiùs juncta vidisset suis
Ptolemæus (13) astris; Angelis quàm tunc
Homo,
Hominísque lateri junxerint sese Angeli.
Præcessit ergò densa nox: nocti subiit (14)
Lux clara. Subeat hujc comes, Cœli, ac DEI,
Circúmque Numen stantium satellitum,
Cognitio, prisci purior speculo vitri.
Fax Christiana, Moysis illustret facem.

II.

Populi Judaici desideria, quibus per adventum tandem Messiæ, cupiebant Herodis dominatũ exeutere. Prodromus Messiæ promicat.

POST longa quondam exacta nocturnîs rotis,
Lunâ à bicorni, stadia, sub pluvio æthere,
In vacua tandem spatia si Æoliæ plagæ
Se nebula purget, ac fugam tenebræ parent:
Priùs, aurei quàm Solis ex alto nitor
Erumpat, improvisus haud pariter venit,
Paritérq; adest; sed signa præmittit suî,
Colore ducens purpurascentî diem,
Croceôq; signans manè vicinum ambitu. (15)
Hæc tuba diem, ceu classicô, mutô licèt,
Vegetô tamen, promulgat; ac radiîs probat.
Lux modica, post se lucis omne agmen trahit.
Paris instituti lege, Rex Superûm, quater
Post circumacta dena, quódq; ultrà fuit,
Sæcula, (16) daturus lampadem semet novam,
Luménq;, qualî nulla micuisset Pharos, (17)
Nec ulla, mille nitida lychnuchîs, Sina; (18)
Venire se (nec languidô pede) PRODROMI, (19)
Et *fervidâ* signavit, & *rutilâ*, (20) face.

Fuit in diebus Herodis, regis Judæa, Sacerdos quidam, nomine Zacharias. &c.

Lucæ 1. à v. 5.

Palmifera Judææ (21) regna, non Judâ ſatus,
Sed ſtirpe genitus Aſcalonæi (22) patris,
Edomidísq; matris, HERODES tenens;
Immanitate, ſanguinis dignâ ſui,
In luſtra jam quaterna (23) jus Solymis dabat,
Hebræa Phariô colla Rex urgens jugô.
In aſtra clamor igitur, & querulô dolor
Miſtus, per ædes ibat ac templum, ſonô,
Parcior ad Aras, major ad fidos lares:
VENI! nec ultrà differ aſpectum tui;
VENI, tot Abrahæ millium gentis prece
Accîte! tot promiſſe vatidicîs libris,
Aſſertor, ô, vindéxq;, ſervitii gravis, (24)
Quô ſtringit indè Roma nos (mundi úncinus); (25)
Iſtinç, Quiritûm gravior imperiô metus,
REX: fronte primâ, Dominus; à tergo, flagrũ,
Prædo, tyrannus, latro, carnificum nepos,
Antipatri imago ſanguisúgæ, filius,
Hòc verior, quò, mentis œſtrô, immanior.
Id populus, id caterva myſtarum, ſacris
Solymæa templa precibus ac votis terens,
Ad aſtra nocte, ad aſtra geminabant die;
Interluentes vota lacrymarum vadô.
Hoc &, jugoſæ priſcus Hebrónis cliens,
Quercúsq; (quam fert fama,) Mambrææ accola, (26)
Animô ſimùl, clarôq;, ZACHARIAS, ſonô,
Crebrôq; fletûs imbre perfuſus genas,
Nümen rogabat; tacitus Herodem notans.

Festum Scenopegiorum.

Revolutus, en! vertente se annorum rotâ,
Pomifera gravidis nemora, SOL, ramîs
statô (27)
Retulerat astrô; Libra quô mundum pari,
Canem inter, atq; scorpium, (28) trutinat
morâ;
Ac spatia Lucis æqua Nocturnis facit.
Sollemne genti—Moysis instabat Sacrum,
(29)
Fastísq; priscis Mensis hæc pars, quâ Deo
Palmea, per ædem Numinis, tentoria,
Per plebis ædes stant saligna umbracula.
E fronde lætâ, nec ferè sterilis comæ,
Multiplice pictus ridet Autumnus sacer,
Ridet profanus, traduce viretô, locus.
Hi nempe populis-Abrahæ ritus erant,
Memore quotannis quêjs notâ revirescerent
Longæ, per Arabum (30) tesqua, per valles,
moræ,
Ductæ sub umbris rupium, subter loca
Vepribus rubísq; densa; fortuitâ casas.
Pellésq; tensas, sustinente arundine. (31)

S. Joannis Baptistæ conceptio, nativitas, excellentiáq;, prænuntiantur Zachariæ, patri ejus, intentissimè Messiæ adventum

tum expetenti : circa festum Scenopegiæ, seu Tabernaculorum, mense Septembri.

Lucæ 2. v. 8.

Factum est autem, cùm Sacerdotiô fungeretur (Zacharias) *in ordine vicis suæ ante Deum: secundùm consuetudinem Sacerdotii, sorte exiit, ut incensum poneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat foris, orans horâ Incensi. &c.*

SUB tempus ergò, Scena quô Nemorum
(32) frequens
Vestibula templi fronde prævelat sacrâ,
Et Plebs, viridibus vota sub tectis genû
Densans repandô, tendit ad cœlum manus:
Simùl intus, aras antè, tum castas preces,
Tum castiora, thuris auratum ad focum,
Obsequia, obibat luce Zacharias statâ.
Cum Thure, simùl in astra Vox ibat Senis,
Ac vocis, immô ductus ex animo, sonus;
O, Partus UTERI, prole fœcundi suâ, (33)
Etiam priusquam spargerent mundo diem,
Vel Sol, vel, ortu Solis Eoi prior,
Phosphorus, (34) amœnum noctis occiduæ
jubar.
O, Fons! paterni fontis è scatebra fluens,
Primæva (VERBUM) Numinis SAPIENTIA!
(35)
Deus-Deorum, de Deo: dux, & caput.
Stirpis Sarææ: (36) clare Barbariæ nitor!

Lux insularum! noctium—mundi óccidens!
Radix Iëssæ: culmen Isacidûm Domûs:
Arcis Davididûm (37) CLAVIS, & Claustrum simùl,
Quod aperit una sola, quæ clausit, manus;
Et claudit illa sola, quæ reserat seram,
Dux Israëlis pariter, ac Rex Gentium,
Quascunq; vastô cingit Oceanus sinu:
Signum Viarum: Specula (38) nocturni maris,
Quæ, cæca nebulis vada peragrantes, rates,
Longè avias, Salutis in portum vocas:
Idem, Orbis; idem, in orbe, Justitiæ sator;
Et in futurum Censor, EMMANUEL, novâ
Gratandus orbi voce, NOBISCUM—DEUS!
(39)
Huc ades! &, Israëlis inflexus prece, (40)
Quantus per Astra es, tantus in Terras veni:
Discinde nubes; (41) rumpe veniendi moras;
Discute tenebras: solve compedibus reos:
Effringe barathra: immitte carceribus diem:
His redde Solē, (42) Sole qui erepto gemūt;
Ut, exsoluta vetere tot scelerum Jugô,
Tibi nostra soli tota Libertas vacet:
Regnúmq; nobis fiat, Obsequium tuî.

Lucæ 1. v. 11.

Apparuit autem illi (Zachariæ) *Angelus Domini, stans à dextris altaris Incensi: & Zacharias turbatus est, videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus; Ne timeas,*

Zacha-

Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabeth, pariet tibi filium. &c.

HÆc, lacrymarum rore ZACHARIAS
fluens,
Fundébat immô verba de cordis sinu:
Verbis hic idem pondus addebat, Senis
Qui sublevabat pondus, ætherius Vigor, (43)
(Spiramen almum) vatis in lingua sedens,
Multôq; pectus entheum (44) cœlô replens:
Cùm supplicanti subitus, en! mirô nitor
Offertur Hominis orè; nil hominis tamen,
Præter, foris quæ signa lucebant, gerens,
Nebulîsq; textum corpus. Alipotens erat,
Ex orbe superô, Nuntius; dextræ imminens
Aræ, Sabæi thuris oneratæ strue.
Nec absq; causa Dexterum institerat gradū;
Qui nil Sinistrum, nil Avernale, adferens,
Aderat ab alto. Quàm libet læti tamen
Legatus operis; terruit. nebulæ illicò,
Tremórq; mentis, qualis emotos quatit
Artus stupentûm, quatere suspensos viri
Sensus, & animam, cœpit. oppressum metu,
Labare corpus; genua flaccére; ac, locum
Ægrè tuente, crura déstitui, gradu.
Pavidum pröin adortus, & placidè & prior;
Pacificus Ales; Vince terrorem hunc, ait:
Animôq; te, vultúq;, Zacharia, indue,
Rebus secundis congruô. pectus cape
Te dignum, & hôc, quem thure non plus, ac
prece,

Quàm

Quàm décore mentis, innocens imples, locô.
Vir, charus aſtris, Tartari pellat metum.
Nihil hic Averni, nil vides monſtri inferi:
Tua merx, & omnis, vehitur in tuto, Salus.
Sermonis iſtud grande ſit pignus mei.
AMICUS, eccc, Numinis, quod tot rogas
Precibus, Ut, omni ſubrutô ſcelerum Iliô,
(45)
Jam ſola Virtus ſtabile ſidcribus caput,
Terrísq; jus, extollat, ignarum Jugi
(Niſi Suavis, (46) &, quod ferre, Libertas foret,)
Id impetrâſti. Dicet hoc Soboles tua, (47)
Majore quondam voce, quàm nos jam; rei
Faciétq; tantæ conſonam mundo fidem.
Tibi namq; caſsô juncta jam dudum thorô, (48)
ELISA, & omni clauſa genitivæ ſpei,
Inopina pulchrâ prole, pòſt paullò, parens,
Pariénsq;, gnatum læta lætanti dabit:
Cuj Rex Olympi nomen à DONO (49) jubet
NUMINIS, Hebrææ vocis imponi ſonô.

Lucæ 1. v. 15.

Erit enim Magnus coram Domino: & vinum, & ſiceram, non bibet: & Spiritu Sanctô replebitur, adhuc ex utero matris ſuæ: & multos filiorum Iſraël convertet ad Dominum Deum ipſorum. Et ipſe præcedet ante illum in Spiritu & virtute Eliæ,

ut convertat incredulos ad prudentiam justorum ; parare* DOMINO *plebem perfectam.*

HUNC edet Uxor, lege, quâ nasci decet,
(50)
PUERUM. sed ante ventris exactas moras,
Solitásq; metas, corde jam excultô VIRUM:
Famâ, per orbis pariter, ac cœli, ambitum,
Grandem, coruscum, víxquedũ genitũ, suæ
Carmen futurum publicum Patriæ; sacri
Melos (51) in triumphi montiũ abituris jugis,
Ac vallibus concorde lusuris chorô.
Hilarabit autem Te quoq; (52) hic, quamvis Senem,
Infantis ortus: quippe, munifici ætheris
Opus stupendum; Spiritûs illâ flagrans
Face, quâ pilosi (53) Vatis exarsit calor,
Quem procùl in Auræ (54) regna flammipedes equi,
Superôq; pércitæ igne vectârunt rotæ.
Ad ìnstar hujus ista, quam narro tibi,
Futura proles, sicut ELIAS vadô, (55)
Seu defluente nubibus, seu per cavas
Rapiente valles gurgitem, infregit sitim,
Sic PUER hic, omnis laticis uvigenæ fugax.
(56)
Osóre misti rore mellitô scyphi,
Jordane purô sicca madidabit (57) labra:
Suúmq;, multô pariter & verbô & die (58)
Guttur calescens, tinget haud aliis, nisi,

Penta-

Pentapolis (59) intrà ſtagna morituris, aquîs.
Sed, minus id eſt. Majora producet dies.
Præcoce coævos namq; prævortens pede,
Mirámq; plantis rudibus exorſus viam,
Inſolita, jam nunc, orbis in ſcenam, dabit
Puer opera; quæ nec ipſe ſat capiet Puer,
Vitális exſors lucis, atq; uterô latens.
Quot diſparilia proferet mundo Omina!
Gaudebit; aſt, E ventre adhuc, visô DEO:
Saltabit; (60) aſt, in Matre, nec vetito choro:
Præcurret; iter at advenæ ſternens Deo. (61)
Trahet Iſraèlem (62); ſed procùl belli minis:
Mutabit animos impios; reddet pios:
Cœlíq; guſtu ruris ingenia imbuet.

Lucæ 1. v. 18.

Dixit autem Zacharias ad Angelum; Unde hoc ſciã? Ego enim ſum ſenex: & uxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpondens Angelus, dixit ei; Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum: & miſſus ſum, loqui ad te, & hæc tibi evangelizare. Et ecce! eris tacens; & non poteris loqui uſq; in diem, quo hæc fiant: pro eo, quòd non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. Et erat plebs exſpectans Zachariam: & mirabantur, quòd tardaret ìpse in templo. Egreſſus autem, non poterat loqui ad illos: & cognoverũt, quòd viſionẽ vidiſſet in templo. Et ipse erat innuens illis. & permanſit mutus. Et factum eſt: ut impleti ſunt dies Officii ejus, abiit in domum ſuam. Poſt hos

autem

autẽ dies, concepit Elisabeth, uxor ejus: & occultabat se mensibus quinq, &c.

HÆC dum tacenti verba Zachariæ refert
Cœli disertus augur; (63) ac vultu magìs,
Quàm se ore, prodit: suavè jam pulsô metu,
Affudit animum, vímq;, vix satìs antehac
Sui potenti, sátq; faciundo, Seni. (64)
Ergò, reclusâ mentis, ac vocis, viâ;
Magnifica sunt, & ampla, quæ spondes (ait)
O, quisquis es. Terra alia; frons Cœli nova;
Aquilæ juventus (65) vegeta; cygnææ comæ,
(66)
Capitibus; hiemi, Veris offertur viror;
Mihi generis, (67) ex me, germen, ac titulus Patris,
Haud sterilis; alvo Conjugis, sexûs vigor,
Uterúsq; gravis, & omne; quod Matiẽ facit.
Humus ergò, sicco tota quæ squalet situ,
Segeti vacàbit? mortui pomus freti, (68)
Citrí-ne (69) semet aureo flore induet?
Qui credit hæc, is & Fide credet parî,
Se quoq; futurum, Matre de tali, Patrem.
Da pignus, itaq;, da rei tantæ notam.
Hæc mysta, (70) nec, Quid diceret, satìs
in loco;
Nec, Cujus aurẽ foderet, ad trutinam vocans.
NAM verba, non ad ultimã expensa unciam,
Etiam ptobo quandoque subrepunt Viro.
Hujc ergò, Summi fidus interpres Patris,
(71) Demptu-

Dempturus hanc non optimæ maculã notæ,
Tardámque Templi ſede pulſurus Fidem;
HOMO (inſit), hominis verba ſub dubium
vocet,
Quæq; is ſpopondit, teſte juratô liget:
At in ora Superûm nemo Quæſitor ſedet,
Aut libripens. (72) ſat ipſa ſufficiunt ſibi.
Hôc ſunt Tonantis dicta, quo in pretio &
Tonans;
Qui Veritatis perſtat immoto gradu.
Quæ porrò alumnis infimi mundi ferunt
Ætheris-alumni fata; legante hæc DEO
Feruntur. His ſi crederes; quidni & mihi?
EGO namque (ne ſermone te longo mo-
rer)
Ego Nuntiorum, ſcripta quos memorat fides,
(73)
Cœleſtium ſto celſus in eorum gradu,
Quorum Tonantis propius eſt lateri latus.
Ego, Optimatûm medius in cenſu trium,
GABRIELIS, apud & Numen, & gentem
tuam.
Nomine celebror; quo triumphatrix Dei —
Vis paginis, virtúsque, cantatur ſacris.
Hoc nomen ante cæteros hæret mihi,
Fortem quòd operam cœlitum *Grandi Duci*
Nec inerte dextrâ præſto; nec pigro pede.
Is ipſe Princeps orbis, ac rerum parens,
Tibi, juſſit, hæc referre Me: Te, credere;
Non, Scire. Dicta, Rebus explebit dies;

Omném-

Omnémq; Fati cursus, evolvet fidem.
Videbis oculis; nec tamen memori statim,
Gratôq; (sicut ardor id cupiet tuus)
Hymno favorem tam peregrinum canes.
Te namq;, balbum, vocis ad nostræ minas,
Gluten sequetur; ac reluctantis soni
Pugnax ligamen, ad palati limina.
Hæc Pœna non-credentis est. linguæ potens
Hucusque; tria ter Luna dum spatia impleat,
Elinguis, ac mox (alio, & agnato malo,)
Surdâ aure deges; flagra dum culpam pient,
Mentémque solidet credulam Vexatio. (74)
Gabrielis isthæc summa monitorum fuit:
Qui simùl, & os hinc, & suî speciem, auferens,
Farique pariter desinens, & conspici;
Qualem minatus fuerat ex meritis fore,
Talem & reliquit Flaminem, (75) domitum
flagro;
Quod Numen, erga propiùs addictos sibi,
Vibrat, & quatit, quàm vilis in turbæ reos,
Intentiore sæpe vi: QUIA plus amat. (76)
Hæc inter, ut per damna, sic mox & lucra,
Angelicus oscen, rebus exsolvit fidem.
Elisabetha impletur: Exultat puer, (77)
Etiam priusquam lucis in stadium (78) exeat.
Mox cursor esse gestit, ac Solis novi
Aurora præpes. Natus, exiguæ priùs
Cruore plagæ, legis è ritu, cutem (79)
Tingere subigitur; Lustra qui post bis tria,
(80)

Hero-

Herodianæ turris in opacâ ſpecu, (81)
Torrente toto ſanguinis terram imbuet:
Suæq; primam Martyr auroræ (82) roſam
Cruoris oſtrô vertet auguſtam in ſtolam.

III.

Annuntiatio Conceptionis Chriſti.

Luc. 1. v. 26. & ſeqq.

JOANNIS at ſint iſta Lucifero ſatìs.
Nunc, Genitus ad ſe, Muſa, te CHRISTUS vocat,
Lux lucis, ac Sol Sole de æterno: DEUS
Qui ſit licèt, Sinûque progenitus Dei;
Hominis tamen, non fugit, & condi Sinu,
(83)
Et menſium, quos Uterus humanus petit,
Illâ, nec aliâ, lege, quâ parimur, pari.

Miſſus eſt Angelus *Gabriel à Deo, in civitatem Galilææ, cuj nomen Nazareth, ad Virginem, deſponſatam viro.* * *& nomen Virginis, Maria.*

Lucæ 1. v. 26. & 27.

GAlilæidarum (84) gentis occiduam ad plagam,
Táboris amœnum montis inter verticem,
Et, imminentes Thetidi, (85) Carméli (86) petras,
Impo-

Imposita celsi collis, urbs-humilis, jugo,
Surgebat; undæ fonte tunc vivæ unico (87)
Irrigua: qui, de vertice in præceps ruens,
Armenta pratis, messe ruricolas beat;
Omnémque pictis vestiens plantis humum,
Dat NAZARETHI florido nomen (88) loco.
HUC, è suprema sedis ætheriæ domo,
Mandante Superûm rege, moliri gradum,
Post flexa mediæ noctis in reducem diem
Spatia, volúcri cœperat Gabriel viâ.
Is, paribus, inter alta nebularum, Notos
Alis secando, móxque librato fugæ
Remigio, ad instar stagna repetentis cycni,
(89)
In Nazaræis lenè sese auris agens,
Amabiles, ab his, ad illa, oculos vibrat:
Variâq; (quamvis noctis extremæ morâ
Adhuc nigrante) pascit, aspectum simùl,
Simùl alta sensa, floridi scenâ sŏli:
Scilicet, & umbras inter, intuitu vigens.
Jam tempus aderat, ac suus Zephyro
(90) locus.
Is, Hesperi (91) spirans ab orâ, cœperat
Reparare, lætô mollis afflatu ætheris,
Exanime nuper hieme pratorum decus;
Calvúmq; tegere fronde Carmeli (92) caput.
Sol arietis currebat auricomi viam; (93)
Quô fœta passim, è fertili Chloris (94) sinu,
Zephyritidis (95) sexcenta promebat sata.
Violas at inter, atq; Sarranô (96) rosas

Ostro

Oſtro micantes, & coloratas opes,
Quas largiores nec ferax Jericho (97) ederet,
Unum nitoris, omnium tenerrimi,
Rapiebat oculos LILIUM; tugurI (98) brevis
Quod ſe vireto abdiderat. Et MARIA, hoc
erat; (99)
Quâ prole, dulce nactus eſt, ſeri quidem,
Sed indè tantò gratius, nomen patris,
Joachimus. Hæc eſt germen Annæi (ut
ferunt)
Hortenſe (100) Voti: quódq;, Florem idcò
ſuo
Decebat eſſe jure; paradisô priùs,
Serotino quàm Matris eductum ſinu.
FLOS Virgo, nulli junctus in fulcrum ſudi
(101)
Geniale: & indè, Virginum princeps decus.
Ea tunc, receptô noctium ſtudio vigil,
Precibus, & ævi veteris orâclis vacans, (102)
Meſſiæ amori regis, & magnæ dabat
Se Matri ad operas: cujus aſpectum expetens,
Clamabat; *ECCE, Virgo concipiet DEUM!*
Manénſq; Virgo, pariet (ætheriæ tamen
Statione ſedis ſemper immotum) Deum;
Sed ſorte Carnis mobili. O, Virgo; ô, tui
Selecta ſexûs ſola de tot millibus!
Priùs orta, quàm Sol axe; (103) quàm cœlo
dies;
Quàm terra Vacuo; quàm ſeges terræ-ſinu;
Undîsq; cete, ac nemore prodirent aves.

O, cla-

O, clara Nympha ! lampas ô, Lunâ prior,
Lucidior Arctô;(104) major Angelico nitor,
Cœlíque vertex : nec tamen Dea ; sed, Deum
Datura : ut, uni hucusque conspicuus polo,
Incipiat idem & esse *Nobiscum-Deus*.(105)
Contingat ut servire me, & gnato, & Tibi ;
Properate! ne differte tam insolitum bonum,
Nec Tu, boni omnis, Numen, ô fons, & ca-
put!
Neque tu, Salutis proximum, Virgo, Ostium.
(106)

Et ingressus Angelus ad eam, dixit ; AVE, Gratiâ plena, Dominus tecum : Benedicta tu in mulieribus.

Luc. I. v. 28.

DICEBAT hæc, cubilis in operto sui ;
Tacitôq; Nympha mentis hæc agitans
sinu :
Dicebat, inquam, proprium, è Partu, decus,
Fulsura quô mox, mense pòst nonô, foret,
Sed inter hæc, nec semet, aut uteri sui,
Meditans honorem; voce vel minimâ notans,
Culménve tantæ matris augustum ambiens.
Adeò, modestus Animus, haud illi minùs,
Caro quàm pudica, semper in curis erat,
Ut, cui placeret fortis abjectæ gradus :
Cùm contrà, ad Alta (107) sola, mens tendat
levis;

Cœlóq; frontem propiùs effrontem gerat.
Allapſus, en! ſilente levis Auræ trahâ, (108)
GABRIEL; nec illis, queîs novam valvis
(109) viam
Repererat, ullâ labis, aut veſtigii,
Umbrâ notatîs, talis ante oculos adeſt,
Adeſſe qualem decuit, è tali ordine,
Tantíque ab arce Regis. Hic, rutili face
Habitûs, & oris, parva Virginei laris
Latibula replens, fuſca ſucciduæ fugat
Fragmenta noctis: (110) ſtánsque, ſéque ipsô
ſatìs,
Magìs at Puellæ ſupplicis (111) radiô, micans;
AVE, (inquit), ac, ſideribus auripluîs (112)
tibi,
Sis hilaris! O, tu, qualis, & quânam, parî
Meritis, ſonanda voce? Seu tu fers, cani
MAGISTRA (113) morum: ſive DOMINA-
TRIX. Novem (114)
Deſcriptæ in aulas, Regiæ: ſeu tu, fluens
Fragrante myrrha rore: ſeu, claſſes regens,
MARIS auſpicata STELLA. ſeu Tedeniq;,
(Nitidi pudoris quippe candentem nive,)
Paradiſi in arvis educatum LILIUM,
Seu potiùs ipſum, Virgo, PARADISUM vo-
cem.
Tu GRATIARUM puteus, ex ipſo ruunt
Quæ capite fontis: cujus eſt Crater (115)
DEUS,
Tuos inundans mentis, ad *plenum*, ſinus,

Pro-

Profusiore latice ; quàm, Libani herbidam
Ad montis oram, gemina Jordanis sacri
Sit concha, (116) PHIALÆ (117) sive fontanæ
fretum ;
Medanæa (118) tacitis prata quod lymphis
subit ;
Ipsúmque jugî latice Jordanem fovet.
Par, ampliórque, GRATIÆ præstò Tibi,
Puella, scatebra est : nec tamen tecum abdita.
In mille namque capita, mille amnes, abit ;
Seséque grandi scissa dispensat bonô :
Ità partiente dona divinô sinu.
Nam NUMEN, ante cæteras largum tibî,
IN TE EST, erítq; semper, ut proprio thoro :
Dum Numen unum, trésq; erunt Hypóstases
(119)
PATER, tuî auctor : FILIUS, Summi patris
Unigena : quémq; SPIRAT amborum (120)
Vigor.

Quæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus: & cogitabat, Qualis esset ista Salutatio? Et ait Angelus ei ; Ne timeas, Maria. invenisti enim Gratiam apud Deum. Ecce, concipies in utero, & paries filium: & vocabis nomen ejus, JESUM.
Lucæ I. v. 29. 30. & 31.

EXcelsiore nulla Te mulier (121) locô est,
Quæ dotium tot dona superarum sibi
Reportet, è Tonantis opulentô sinu.

AT, ne ſacri te turbet Arcani (122) metus,
(Turbata namq; , mentis & tremulô natans
Puella fluctu, Nuncïo (123) curas dabat) ;
Compeſce, MARIA, mentis hoc, quod te ro-
tat,
Seu ſuſpicacis, ſive pudibundæ, fretum.
Tam grata cœlo, Gratiæ (124) nomen times?
Sic juſſam *Avere*, quanta non cingent bona?
En namque, qui nunc Unus in Seipſo, at
(125) DEUS
Trifidus relatu, eſt ; (126) Unus idem, Homi-
ni DEUM,
Cõjunctũ (127) in Uno capite, MESSIAS dabit.
Id nunc Opus præ foribus eſt ; Hujc vinculo
(128)
Te præbiturâ Ventris officium tui.
Ut in Tonantis ergò gemmiparô Sinu,
Thalamôq; cordis intimô, nymphe, cubas;
Cubile te ſic invicem faciet ſuum
Tanti operis auctor ille, qui & Mundi fuit ;
Soliôq; Tu plus eminens Salomoniô, (129)
Regis ſupremi Lectus, ac Sedes, eris :
Tuæq; ſortis omne transſcendens genus,
Statuêre nuruum pariter, ac matrum, æthere
Stupente & ipſo, ſpecimen electiſſimum.
Nam prima, poſt tot Solis, es nacta, orbitas,
Felicitatis Aureum Vellus novæ ;
Et quam, rudî naſcentis à Mundi ſtrue,
Eruere nulla potuit, aut Hominum ſibi,
Aut noſtra (130) Virtus, GRATIÆ gemmam
inclytam,

Cujus potente vî, ligandi fœdera;
Orbi orbis immo ſummus, ac diſcors humus
Cœlo minaci, jungerent placidas manus:
Quod nemo reperit antè, reperiſti Bonum:
Quod nullus Indæ nôrat Auroræ (131) inſti-
tor,
Tu margaritum, tu monile Olympicum, (132)
Velut arca, poſſidebis. Hæc en! UNIO (133)
eſt,
Homo quâ, Deúsq;, in Ventris innupti ſinum
(Ceu fulgur (134) olim, roſcidam conchæ flu-
ens
In teretis alvum) lege coaleſcent novâ;
Unúmque, diſcors omne, ſub fœdus trahent.
Quod ut aſſequaris; aure, quod dicam, in-
timâ,
Totôque mentis abditum ſenſu, cape.
En! ipſa Tu (quod nunc tui nec Somnii
eſt,)
Es illa, Nymphe, concha bacciferi (135) ma-
ris.
Hæc tua, Tonantis major aſtrigerâ domô,
Erit Alvus, (136) hujus fida theſauri arcula,
Et involucrum mercis, in terra, novæ.
Tu quippe, Vatis illa, quem toties legis,
Amóſidæ (137) PUELLA; Tu JUVENCULA
(138) es,
Cujus beato Venter excipiet ſatu,
Beatiore fruge ſed terris dabit,
Tibi nominandum, vocis excelſæ notâ,

Infantem Iëſum; nemo quem fari, niſi
Reverenter, auſit, ac genû(139) faſſus DEUM.

Hic erit magnus (coram Domino); *& Filius Altiſſimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus ſedem David, patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum; & regni ejus non erit finis.*
Lucæ 1. v. 32. & 33.

NAmque hic, virili quando ſe quondam in toga
Populis Magiſtrum per Synagogas feret,
Ætatis ex quo luſtra ter claudet duo; (140)
Multis ſaluti, Lumini cunctis erit.
Neque, ſoſpitas adferre corporibus manus
Contentus, animis ſive depoſitis opem;
Majora magnis ſemper intexens palàm
Operibus opera, teſte terrâ, aurâ, marî,
HEROA, qualem nulla gens vidit prior,
Aget per urbes. Is, quod in cumulum ſimùl
Omnes nequibant (141) eſſe, collectim ſatìs,
Etiam Unus, erit. Hujc cedet & Moyſes loco;
Hujc Joſua; (142) hujc Davidis armipotens
domus.
Invictus Orco; fortis & linguâ, & manu:
Nec fallet operum gloriâ quenquam, Patris
ALTISSIMI cùm *pàrile* dicetur genus. (143)
Hic, more Solis, nube cùm premitur cavâ,
Latitare, pérque trivia neſciri, inſcius,
Rumpet tenebras, Sathanis offuſas dolô;

Fra-

Fractâque nocte, comite prodibit die:
Nihil in caverna doctor, aut auctor, gerens.
(144)
Ità, cuncta, ceu res poscet, in aprico locans;
Moribus, & ore, sparget immensum jubar.
(145)
His ille gradibus décoris, atavorum viam
Ingressus, atq; hinc, Patre succinctus Deo,
Hinc, vi suapte; prisca Jessææ domûs (146)
Revocabit ad se sceptra: jámque olim geri
Desueta Judæ imperia, JACOBI ad Tribus,
Parêre dociles, (147) retrahet. Hic placidâ,
dabit
Sacra jura populis, ritè collectis, manu;
REX idem, & HÆRES SEDIS, ac murus,
(148) suæ;
Cuj cunctus Orbis una gens, Arx una, sit,
Suffulta Saxô, (149) nulla quod labes terat.
Non serus ullus solvat annorum dies.
Tibi namque quod nunc narro præsagus,
tuæ
SCEPTRUM, puella, sobolis; id nunquam
autumes
Vitreæ, vagæve sortis, aut fati, fore.
Salomonidárum qualis hæredum (150) fuit;
Aut qualis, ævi modica, Cisiadæ (151) domus:
Hastâ quidem illa nixa furiosæ manûs, (152)
Cunctis minaci; pòst tamen, dirè, ac citò,
Suîs in hastam propriam fatis ruens. (153)
Quid ille Saulis ergò ferricrepus tumor?

Quid Ioäachazi (154) vix trimestris purpura?
Talia quid alia Regna sunt? villæ, casæ!
Quæ cum cadente, pariter, agricolâ cadunt.
Non tale, Virgo, prolis Imperium tuæ,
Aut Imperantis flos, erit; Libyci ruens
Ad omne venti (155) sidus. Hic Summis,
PUER,
In Israëlis montibus, REGNUM eriget;
Quod transmarina (156) dicet humus, EC-
CLESIAM;
Solióque finem ponet haud alium suo,
Quàm, quo seipsum finxit Immensus DEUS.
(157)
Rex namque, propriè, solus est, Qui semper est:
ALIQUANDO ruere quod potest, jam nunc jacet.

Dixit autem MARIA ad Angelum; Quomodò fiet istud, Quoniam Virum non cognosco?

Lucæ 1. v. 34.

HÆC æthericolâ tanta Virgineâ duce (158)
Fundente in aurem fata; quæ Partum
binc novum,
Et indè Nati regium efferrent decus:
Virgo, flagrantis instar ad Pæstum (159)
rosæ,
Quam verna Sole pingit innúbi dies,
Rubicunda sensim (quippe, pallentes metus
In expeditam suada Gabrielis (160) fugam
Cœperat abigere) rursus in fluctum tamen

Pavi-

Pavitantis animi, sensérat pectus rapi;
Intuta simùl, ac tuta, sub curam trahens.
Hinc, cauta Voti, (quippe, quæ Votô ratô
Thalami dicâsset integri florem DEO;)
O, inquit, ô, interpres æterni Patris,
Hôc namq; te, nil ambigens, titulô alloquor,
Talémq; credo; quôq; fas, gestu colo:
Hæc tua, Tonantis prompta de sinibus mihi,
Velut aureum Jordanis ætherii vadum,
Et gratiarum dives, ab Olympo, (161) mare,
Agnosco verba: sed, velut longè meæ
Superantibus bilancis, ac meriti, unciam;
His irrubesco. Nam, quid est (nequid tegã)
Vili in Puella; trahere quod possit DEUM?
Sed, esto! trahat hunc aliquid è Nihilo
meî; (162)
Placeámq;, quo per cuncta displiceo mihi,
Cœlitibus: Ut mox gravida sim fœtu sacrô,
Genitríxq; facta Regis ætherii, vetus
Viscéribus bîs Davidis instaurem decus;
CHRISTOq; genitô, Gentium recreem sitim,
Quæ munus hoc, ab Orbe jam priscô, expetunt: (163)
Hæc posse fieri, certa sum, sed, Quâ viâ,
Incerta versor, omnis ignorans Viri,
Ac firma, cunctum fúgere prolificum jugũ;
Deniq;, maritæ Noctis etiã umbrã pavens:
Thalamíq; contrà, nescii complexuum,
Jurata custos; potiùs ad Taboris (164) nemus,

Apis injugalis (165) instar, ætatem teram,
INTACTA vixi; liceat, intactæ & mori!
Id si negetur; esse (da veniam, Angele!)
Pedisequa (166) Matris malo, quàm Mater
DEI.

Et respondens Angelus dixit ei; Spiritus Sanctus superveniet In te: & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideóq; & quod nascetur ex Te Sanctum, vocabitur Filius Dei.

Luc. 1. v. 35.

ITA Virgo. Contrà, Virginis voto ínnubo
Concors, &, hilaris fronte jam, Gabriel, novâ:
Hos, inquit, apage, Nympha, thalamorum metus,
Quibus æstuas. Hæc Opera namq; Hominũ, scias,
Et Carnis, esse, mente quæ tremulâ fugis:
At Illa, sunt Ætheria, sunt Auræ--Sacræ;
Ut MATRIS adeas munus, & nusquã tamen
Pacti puella floris infringas fidem.
Non hîc maritis facibus, aut nexu thori,
Uterívc suetis fuerit obsequiis opus.
Quod fiet in te, Sexus, & mas, non agent;
Sed mira superi Spiritûs nubes erit.
Hæc olim & Undis (167) orbis influxit novi,
Elementa rerum fertili gravidans Notô (168),
Tenerámq; vi nutrice Tellurem fovens:
Hæc sterile, genitrix-Aura, perflavit chaos;

(169) Ut,

Ut, NIL quod antè fuerat, id Mundus foret:
Inanimáque olim, vivus animaret vigor.
Is igitur ipse, (vita rerum,) SPIRITUS,
Zephyrus Olympi, (170) Flamen æternum,
ac potens
Tonantis AMOR, & ipse, ne dubita, Tonans,
Radiis opacans simùl & adfulgens suis,
Te confovebit: (171) quale per nebulas micat
Jubar; vel Irin (172) quanta tralucet dies,
Cœlestis hic (173) te Nubis afflabit gelû,
Caloris omnis, nuptiæ qualî flagrant,
Experte: Rore VELLUS humescet Sacrô,
(174)
Illud pröinde, fœta quod Germen dabis,
SANCTISSIMI quid esse nisi Partûs potest?
SANCTUM, quòd Ex Te; SANCTIUS,
quòd & è Deo,

Et ecce; Elisabeth, cognata tua, & ipsa concepit filium in Senectute suâ. & hic mensis, sextus est illi, quæ vocatur Sterilis: Quia non erit Impossibile apud Deum omne verbum.

Luc. 1. v. 36. & 37.

QUod Tu, supra omnes esse ne fidei gradus
Tibi; nympha, fingas; ut, Deô—genitum
Deum,
Afflante Zephyrô Numinis, Virgo integrô
Excipiat alvi, non—resignatæ, sinu;

Quò largiore geſtias tecum fide;
Hujc adde miro pondus, è miro alterô:
De te Tibi ipſa crede, quod de Se, ſuô
Sibi jure, credi poſcit, haud excors Anus.
ELISA (175) namq;, Flamini (176) (quod ſcis) ſeni,
Senex & ipſa, juncta, nec prolis capax,
Ideóq; thalami ſatura; dum cœlo placet,
Jam gravida, Puerô pæne ſemeſtri tumet:
Quò conſtet orbi, Quidquid Eſt, quidquid Fuit,
Et, ſiqua poſthac aut Erunt, aut Non-erunt,
Ea cuncta facere poſſe ſolum hunc unicum,
Quē nemo fecit, facere nec potuit, DEUM:
Cuj, velle, poſſe, efficere, ſunt cenſu pari.
Hic, cuncta DEUS in omnibus mira exſequens,
Alias in aliis orſus eſt, ſpargens, opes;
In Te ſed Ipſum, domina, conſummat DEUM.

Dixit autem MARIA; Ecce, Ancilla Domini! Fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Et diſceſſit ab illa Angelus.

Luc. I. v. 38.

HUJC Virgo; DOMINAM quære trans Gangen (177) (ait),
Cœlicola magne. Me quidem ſummi Patris,
Gnā-

Gnatíq; párilis, ac Sacri Spiraminis,
Ut Esse lætor, sic & ANCILLAM geram.
Carnem sibi de Carne sumpturæ meâ
SAPIENTIÆ perennis, ego Nutrix ero.
Cætera tuis eventa dictis consonent;
Et FIAT, in me Summa quod faciet Manus!
Mox ergò res tunc Magna, sub Parva casa,
Fiebat: Alvus Virginis, templum Deo;
Cœlum, sinus Marianus; & VERBUM, CARO.
Hæc inter, altas Genius (178) ad Olympi domos,
Virgine relictâ, reduce tendebat gradu:
Tardô tamen tam ingentis accinctu viæ,
Habitúq; reditûs, inter & gressum, & morã,
Mediô: statéræ sicut æquatô situ
Antenna (179) pendens, in rotatâ machinâ,
Momenta bis-tricena dum horarum, gradu
Librat reciproco; lenta nunc it, nunc redit.
Ità GABRIELEM cura revocabat sua,
Obitíq; deponenda mandati fides:
Retrahebat, aliâ parte, Marianum ad larem,
Nymphæ hujus ille sanctus, ac reverens, Amor. (180)
Retinebat animum causa Seraphini (181) pium,
Ingens Pudicæ matris abigendi probrum;
Quo instante, cuj non Angelo, cuj non pio,
Adamidárum (182) de tribu, cordi foret
Et Virgo simùl, & MATER, Admirabilis?

Res ergò ab Astris Angelum mox haud minor,
Modò destitutas retulit in Terræ plagas:
Ut, quem Tonanti præstat assistens (183) pedem,
Etiam Tonantis sisteret Matri, aliger.
Ità postulabat, positus in dubio, Pudor: (184)
Hôc Sponsi egebat, trepidus in bivio, labor.

I V.

Josephi intemperiæ, ob uterum Mariæ; ab Angelo dissipatæ.

Matthæi 1. à v. 18.

Cùm esset desponsata mater ejus (Jesu) *Maria, Joseph; antequam convenirent, inventa est in Utero habens de spiritu Sancto. Joseph autem, vir ejus, cùm esset justus, & nollet eam traducere; voluit occultè dimittere eam.* v. 18. & 29.

JOSEPHUS, ecce! (nequis, hostili modò,
Vel è remoto, crederet, nasci solo,
Quod cruciet animos), ille, paullatim domô,
Thalamíq; recipi cœptus ad cœlebs latus,
Quamvis pudicô strata secubitu colens:
Is tamen, is ipse, Virgini (vix non DEÆ)
Quam vir sereno Sole, vel Libani nive,
Viduóq; nôsset puriorem turture,
Sed tunc Sacri cœlestis, (185) ac gestæ rei,

Ad

Ad id usque tempus insciius; tantò minùs
Vafer abditorum censor, ac nolens-dolens;
Hujc, ajo, titulis tot probatæ, Heroidi,
Ingens quietæ mentis immisit salum;
Agitans & illam, séq;, curarum fretô,
Et utrumque dirô cordis Euripo (186) rotans.
Is hanc, Hebrónis (187) sacra (188) visu-
ram loca,
Emiserat, gentile (189) Judææ solum;
In alta, vixque pressa, nisi forti viro,
Querceta, & unis trita rupicapris juga.
Tam confragosos hos tamen calles, grave
Non censuit Vir (190), terere peregrino pede
Sancti Puellam lege sibi pactam thori;
Sed jam puello (mira res!) gravidam Deo:
Latente cunctos, conscio fætûs, sinu.
Hanc Virgini, non ardor oculorum vagus,
Levitásve mentis ulla, sed Pietas, Fides,
Et ipsa Cœli monita, dictârant viam;
Annui propinquæ nympha quò, reverens se-
num,
Hilarante præstò voce, vel opellâ, foret. (191)
Abierat igitur: aderat: alternas vices,
Obsequia voci mista, vóxq; operæ, dabant.
Ibi Virgo, pariter obstetrix, hospes, soror;
Alacrem trimestri traxerat studio moram.
Redit indè, mente vetere, sed ventris novâ
Cum mole, nympha; signa jam-impletæ ve-
hens.
UNDE hoc, viatrix, pondus? aut, Ex quo, (Sta-
gerit?

(Statim mariti cor ſeipſum interrogat):
Hánene autumabo, Venere fœdatam exterâ?
Inſontem opiner? uterus, heu! ſontem notat.
Sed, abſit! ingens, & vel ipsô fœdius
Læſi Pudoris eſſet hoc facinus probrô;
Hâc de Roſa, tam fœtidi cœni halitum
Vel ſomniare leviter. Hoc unum ſcio;
Hanç ejus, è qua torqueor, noxæ inſciam.
Sed, cur inurit (immò, cur fingit?) mihi
Alieniora, de puellari thoro,
Simulacra, turgens mole peregrinâ ſinus;
Et alvus, uteri faſce degeneri tumens?
An, quia, (quod eſſe, vereor; & nollem tamen,)
Id ſceleris, aut erroris, eſt? num veriùs,
Amoris ægri fraude, mens ſubicit ſibi,
Quod ſcelus in illa non fuit, nec fors erit?
Fallacis igitur captus aciei (192) dolô
Oculus iniquus, id videt, quod non videt?
Prægnantis uterum nupta (193), non prægnans, gerit?
Pariétque, clauſa partui? Quid me, rear,
Vel eſſe? vel non eſſe? qui (verè miſer!)
Aut mentis, etiam de die, ſpectrîs agor;
Aut luce falsâ. Quisquis is vigilem ſopor
Circumagit; erro, more ſopiti, vigil.
Latet aliqua nebula! Venter, hæc inter, tamen
Turgere caſtus, advenæ fœtûs ſinu,
Non ceſſat; oneris donec erumpat nefas;

Et

Et (quod, prohibeant astra, veridicè cani!)
Ego certus habear prolis incertæ pater :
Quod, quî feram, nec detegam ; quæri, interest.

Quid agimus ergò? Sileo? dissimulo? premo?
Judex loquetur : ultor hoc pandet DEUS.
Produco rem, delator? ac, Legum terens
Viam, tribunal lite rixosum impleo,
In has, vel illas, Actor, (194) effusus dicas?
(195)
HANC (196) ego puellam, Judices, marium rudem
Semel professam, Lege majorum sacrâ,
Galilææ in oculis, ritè despondi mihi.
Sub hæc, eandem, sic paciscentem, suî
Ex mente Voti, passus intactam ; Viri
In hanc, ad usq; tempus hoc, jus (197) differo.
Nunc, imminutam (198) per nefas, ideò quæ-rol?
Spuriâ quòd hanc, (en!) mole turgentem intuor.

Quæ cuncta, conjux conjugis miseræ miser
In caput, & animam, cùm perorâro probra,
Culpæq;, quam hujc impingo, monstrâro reâ:
Quid deinde? poteron' persequi pœnas reæ?
Patriisq; factam laribus extorrem, feram,
Mœcharum in illam triste Rescriptum dari;
Ipsámque dein, vel septies-denûm è Virûm
(199)
Rigore tetrico, vel Quirinalis Fori, (200)

Gran-

Grandine ſubire à ſaxeâ ſpectem necem?
Quâ mente, quóve cordis id ſaxo novô,
In me recipiam ſcelus, ut hanc clamem Improbam,
Mihi quæ probata mille fuit è millibus?
Populóne, vel judicibus, atque urnis, (201) dabo,
Injudicatam mihimet, & ſanè, Meam?
Fluo, dubius animi. Servo Te? lex, (202) mos, pudor, (203)
Prohibent. Domô te pello (quæ tamen & Tua eſt)?
Exulis, & inopis, fronte quâ ſortem feram?
Hoc exul igitur antequam vertas ſolum;
Prior ipſe verram: Nazarethôque hinc procùl,
Aut in remotis, ad pedem Libani, oppidis;
Aut, trans Orontem, (204) deviis Syriæ jugîs, (205)
Vel quâlibet recondar Aquilonis (206) plagâ,
Mendicus, exul, viduus, & nullô lare.
Ità fiat ergò, faxo. ſic animô ſedet!
Fixum eſt! maneto nupta: vir—nuptæ, migret!
ANCIPITE cauſsâ, potius eſt, non, quod libet,
Sed, quod decoro propius. Hanc Urnam probo.

Hæc autem eô cogitante, ecce, Angelus Domini in Somnis apparuit ei, dicens; Joſeph, fili Da-

David; Noli timere, accipere Mariam, Conjugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem Filium: & vocabis nomen ejus JESUM. *Ipse enim Salvum faciet populum suum à peccatis eorum.*

Matth. 1. à versu 20.

Decrêrat hæc: &, mente Decretum premens
Tacitâ, fugam properabat, ac sortis suæ
Ministra vasa, sarcinas, peram, asciam,
Baculúmq; (peditis fulcra) Josephus; novum
Terris priusquam redderet Titan diem.
Inter frequentes ista sed gemitus agens,
Non infrequentem & Virgini gemitum ciet,
Ad hæc stupenti; nec tamen gnaræ doli,
(207)
Cujus latentis tot relucebant notæ.
HIC stans, ciebat cordis è latebris sibi
Suspirium dolentis: HÆC, stanti vicem
Regerebat, aliquô lenè subanhélans metu,
Nec sat loquente, nec tamen pénitus soni
Experte: quamvis (semivocalî tamen,
Hic, & illa, labro) præter, Heu! Eheu!
nihil
Disertioris ore proferrent notæ.
Ambo dolebant igitur; & stabat dolor:
Ambobus ibat lacryma, non ibat fremor.
Stantes, sedentes, & recedentes, gemunt:
Et uterq; flendi sibi fit alternum mare:

Hæc

Hæc, Innocens; nec Ille, nisi luctu nocens,
NEMPE, Error hic exerçet interdũ & Bonos,
Se macerandi! VERA cùm desunt Mala,
Umbris Malorum aguntur: insomni trahunt
Angore, noctes; noxiâ curâ, dies.
Hâc inquiete mersa, dum SPONSI natat
Mens occupata; sobrias VIRGO pudens
Inter lacrymulas, omne translégat DEO
Litis tribunal: ac suæ Superos citat
Caussæ sequestros. (208) Nec diu Cœlum
abfuit,
Sic se citanti: nec suus Cœlo, piam
Sic fluctuanti qui manum Nymphæ daret,
Caducifer. (209) Suscepit hanc idem celer
Provinciam, qui primus hunç Hominis—Dei
Attulerat Orbi nuntium, (210) Cœli aliger.
HIC, cogitatâ per diem lentum fugâ,
Se distinenti, mille per curas fabro, (211)
Et vix subinde, (212) víxq;, sub serum Hesperum (213)
Indormienti lignei spondæ thori,
Conspicuus ore, vestis & niveæ stolâ
Coruscus; *Itáne* dormiunt, inquit, fugæ
Sibi próvidi? cùm vigilet his suus, inter hæc,
Curas in omnes animus: ut paveant ibi,
Pavoris unde caussa, nisi vano cavæ
Horrore larvæ mota, nec cervos (214) quatit.
Non ità! nec id, Josephe, vel te, vel tuæ,
Trahis unde seriem, stirpis ingenium decet,
Maculare, sceleris insciam, sceleris notâ;

Divor-

Divortiiq;, nec Syris (215) probabili,
Agitare fluctu ſtagnà tranquillæ domûs:
Animámq; rixîs quatere, noxarũ integram.
Non hæc (quod augurâre), non hæc,
quæ Tua eſt,
Domeſtici perjura deſertrix thori,
Ullius arſit deviæ tedâ facis:
Non hæc, viroſæ (216) Thámariſ, (217) aut
Dinæ (218) levis,
Imitata fatuo calce malè cautas vias;
In trivia, nemorum ſive denſorum juga,
Solivaga ſic excurrit: ut tumidâ ſuam
Alvo repeteret, è lupanari, (219) caſam.
Non hæc (quod animi lance ſollertî velis,
Joſephe, tecum exigere) non iſthæc, quaſi
De plebe Virgo, vel latebroſæ tribûs
Conjux, egebit conjugis, tanquam rea,
Flexis petendâ genibus, indulgentiâ.
Ad gratiam hîc, nil precibus, aut lacrymâ, eſt
opus:
Quantò minùs ſupplicia ſint ergò, nefas
Ubi nullum erat? Si facinus eſt, totum tuum
eſt:
Tu potiùs, hujus-Reus (220) es, & tanquam
Tuæ,
Et, ut probroſi penitùs ignaræ thori.
Quòd namq; fœta, quòd ſëipsâ plenior,
Quotidiano molis augmentô diem
Adurget illam, menſis ad noni exitum
Quæ naſciturum Sæculis Puerum dabit:

Non

Non eſt procacis noctis, ac thalami, nota;
Sed Lucis, atq; SPIRITUS, cœlebs opus.
Dum namque clauſum Supera Vis corpus ſubit;
Concepit uterô Nympha (ſed floris tenax)
NUMINE ſatum ingens Numen; intactâ ſtolâ
Quod involutum Carnis humanæ, ſacrâ
Prodibit Alvô, ſicut è cœlo Dies:
Solem, ac Salutem, paribus advectans rotis.
NAM, ſinè Puello hoc, omne quod lucet, nigrat;
Et, Quæ SALUTIS, herba, ſibi ſuccô placet,
Niſi vivat hac radice, fit philtrum necis.
Mundi jacentis Una, nec dubia, eſt SALUS;
Flos (221) ille, Jeſſæ Virga quem Virgo parit.
Hunc tu pröinde, matris egreſſum ſinu,
JESU, ſacrâ Salutis ornabis notâ;
Titulôque, Rebus congruente, inſignies.
Vice mutuâ, nec ipſe ſibi ducet probro,
Et Hominis ESSE, & filius DICI Fabri:
DAVIDIS ambos regium quamvis genus
Vos probet, ab ævo vetere ſe repetens, Domus:
DAVIDIS, ajo, cujus, è cœlo, Lyra eſt;
Lyræq; carmen omne, tablinum (222) DEI.
HUJC Se daturum Sanguini, (cujus tua (223)
Etiam Uxor eſt hæc) pepigit hanc prolem Tonans; (224)
FACINORA Gentis expiaturam ſuæ.
At, Quando, quî, quô jure, ſeu Tibi, ſeu Patrum Na-

Nascetur horto, gentis hæc vestræ rosa;
Si tu, quod animo volvis, exilio improbô
Partum relictæ Conjugis, spretis Patris,
Capitísq; , titulis, abicis; &, alumnâ fide
Jacente, PUERUM hunc labe perspergis no-
thi? (225)
Non ita! Sed, ægræ pænè postremũ Domûs
Fulcrum manendo; prolis, è cœlo datæ;
Aude esse Tutor, ductor, ac præses. DEO
Hominẽ præesse, quantus in terrâ est honos,
Ipsísq; nec Cœlitibus indultum decus?
Mentẽ ergò recipe: pelle, cum somno, metũ;
Et, quam parabas, differ aliorsum (226)
fugam:
Manetè chara pariter, Unam intrà casam;
Tria capita, Mater--virgo, Nutritor, Puer.

Exsurgens autem Joseph à somno, fecit, sicut præcepit ei Angelus Domini.

Matthæi 1. versũ 24.

HÆC fatus, arces Genius in superas redit;
Josephus, ad Se, sortis & stadium suæ,
OBEDIENDO. Tunc maritalis freti
Terricula, tanquam turbidos Aquilo Notos,
Ità Gabrielis, fortior Boreîs, vigor,
Sonitúsq; , cor perflantis, imperii efficax,
Diffavit, atro felle (227) concepiam, luem.
Hinc, ubi resedit mentis agitatæ salum,
Sudô reducto, clarus emicuit DIES.

V. Je-

V.

JESU CHRISTI NATIVITAS.

Lucæ 2.

Splendor, ac latitia, piorum universitati, natò Christô, oborta; parodicè proponitur, è Strophis primis Cantici Natalitii: Dies est latitiæ, in Ortu regali. nam processit hodie, de ventre virginali, PUER Admirabilis, totus delectabilis, in humanitate &c.

LUX aderat illa, lucis immensæ parens,
DIES, recente festa Natalî; DIES,
Castæ per orbem sistra (228) Lætitiæ ciens;
DIES, Ephráthæ (229) quando proavitô solô
PUER (230) oritur ADMIRANDUS, ac Solis
facem,
SOL ipse major, facibus inflammans novis:
In Carne Numen; matris, intactæ viro,
Unigena: cuj, vagire vix orso satis,
Rorémque trahere lactis infantî labrô,
Jam tamen adhæret nomen *Orientis-Viri.*
(231)
Hic natus ergò, sub lacunaris nigri
Summœnianis (232) laribus; ingentî DEO
Præsepe, radiîs implet & terram & polum.

O, sua-

O, suavis, orti Solis, ac nati DEI,
Paritas! &, apta tempori, collusio!
Ex Alpibus recente (233) prolatô Die,
(Seu Phógoris (234) illa, sive sint Sinais, (235) juga):
Novus repentè mentium ebullit calor;
Hilarísq;, corda pulsat animantûm, vigor.
Quin, ipsa, vitæ sensilî cassa impetu,
Sata, prata, nemora, maria, fontani specus,
Et ros, & aër, noctis exosi moram,
Vires, novatô Sole, concipiunt novas.
Armenta, stabulis clausa nocturnis, agit
In arva pastor, læta viridantî solô;
Ubi, rorulenta lacte melliparô, thyma, (236)
Aut Táboris, aut Hermonis, (237) in apricis agris,
Carpendo, dente gramina salúbri (238) metant.
Illic amorem pabuli cúpido gregi,
Et hinc, & indè, dulcis exacuit sonus;
Infrà loquax dum mulcet agnos fistula:
Supráq;, liquidis gestiunt modulis aves.
His excitata vocis, ac buxi, (239) orgiis, (240)
Et pecora demum, plébsque, moderatrix gregum,
Hinc aure simùl, hinc pedibus arrecti, flagrãt;
Ut aure carmen, semper inhianti, bibant;
Et calce celerî vocis applausum juvent.

Factum est, dum essent ibi (in Bethlehem Judæ,

dæ, Joſeph, & Maria,) *impleti ſunt dies, ut páreret. Et peperit filium ſuum primogenitum: & pannîs eum involvit.*

Lucæ 2. verſu 6. & 7.

PAR aliquod (at, quot grandius titulîs?) opus,
BETHLEMIDOS (241) intrà limen arcanum
ſpecûs,
Forísque, geritur; Lucis ad dîæ novum,
Signísq; plenum myſticis, Ortum: DEI
Infantis, ajo, ſiderum quondam fabri,
Sed, qui, quater poſt mille (242) circos annuos,
Præſtare ſemet Sidus, haud ſerum putet:
BALAMÆA (243) factus STELLA; quæ flammam, ac jubar,
Tardis Jacobi traheret à nepotibus.
Hæc Stella, Cœlo clauſa Mariani ſinûs,
Quò promicaret lege Lucinæ (244) ſtatâ,
Poſt obita Lunæ ſpatia ter trinæ exiit.
Puer, axe mediæ noctis, in diluculum
Jamjam reflexô, luxit, aurorâ prior. (245)
Ac, ceu, jugali Sponſus (246) extinctâ face,
Tuba cùm ſopori Quarta (247) finem indixerit,
Progreſſus; omni jubaris explicitâ comâ,
Utriuſque mundi traxit, in ſenſum ſui,
Oculos & animos. Hinc & exultat parens;

(248)

Læ-

Lætatur altor; (249) gaudet &, quisquis pius
Genialis intervénit articulo Sacri. (250)
Silente nocte, non tamen cœli silent
Stelligera Signa: quæ, statis cujque Orbibus,
Agilia, mirô Supera concentu atria
Attonita, mirô Media, consensu tenent;
Sibíq; notis cuncta demulcent lyris.
Nec voce tantùm larga; gratuitò quoque
Se tota, & omnem prodigunt Mundo æthe-
rem:
Passímq; flammas Astra, lætitiæ indices,
Spargunt in auras. Indè sese augent novâ
Sidera vetusta, nec suæ stirpis, face; (251)
Quæ, Luce Persas (252) in Palæstinam duce,
Ad Verioris rapiat intuitum DEI,
Crystallinô quàm è Solis auricomi globô (253)
Qui fulsit. Hic SOL, modica quem Ephráthæ
(254) casa
Ostendit orbi, Matris ex ulnis micat.

Et Pastores erant, in regione eadem, vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce, Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos

Lucæ 2. v. 8. & 9.

HÆc inter, & cœlestis Aligerûm manus,
Gabriele (255) sub prætore, ventivolæ
plagas
Regionis, (256) & vel hiemis in regno virens
Rus,

Rus, occupârat. Jámq;, fulgoris ſacri
Inuſitatô diditô radiô, nigros
Hinc nocte muros, indè fumosô domos
Casásq;, veteris oppidi (257) furvas ſitu,
Candore lucis aperit; & apertum novat,
Patulíque ſubtus ruris irradiat ſolum.
Nitoris ardet terra ſiderei face.
Ac, velut in Igne tota, ſed miti, (258) natat
TURRIS, Jacobi (159) nomen etiam-tum gerens,
Ex quo, reverſus ille Chananæum in ſolum,
Paverat, abactum trucibus è Charris, (260) gregem.
Hunc quidã eundem ſorte tunc vitæ, ac loci,
Pares, gregum ſub colle Bethlemio (261) duces,
Paſtoriîs Davidis imitati artibus;
Statione rabidos vigile pellebant lupos:
Canúmq; curæ conſerens curam ſuam,
Servabat agnos fida Mopſorum (262) cohors.

Et timuerunt timore magnô. Et dixit illis Angelus; Nolite timere! Ecce enim, evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: Quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis ſignum. Invenietis infantem, pannîs involutũ. &c.

Lucæ 2. à v. 9.

HOS, inſolentis, nec priùs viſæ ſibi

Noctis

Noctis per umbras, lucis exsangues metu,
Prior allocutus Angelus, Diris (263) levat;
Exterritósq;, vocis hôc animat sonô,
Quô laureatos (264) nuntios uti decet:
NATUM his propheten, flaminem, Regem,
(265) (tria,
In unicum congesta caput, Insignia):
Messiam Hebræis; dulce præsidium Bonis;
Malis remedium; funus, ac pestem, Inferis.
Hunc Servitutis prisca demptorum juga.
In semet arcta transferendo vincula;
Quibus, recentes Regis infantis manus.
Artúsq;, pressi fasciis; jam tunc grave,
Tenerisq; majus unguibus, specimen darent.

Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium; Gloria in Altissimis Deo! & in Terra, Pax hominibus bonæ voluntatis! Lucæ 2. à v. 13. *Et Pastores venerunt festinantes: & cognoverunt de Verbo hoc; & reversi sunt, glorificantes, & laudantes Deum, in omnibus, quæ audierant, & viderant.*

JERICHUNTIS igitur sicut in aprico solo,
Nemorúmque circùm quaque palmiferis
jugis,
Seu vocem acanthis, (266) resona seu Prognês
soror, (267)
Luscinia, modulans tollat Eoum (268) ad diẽ;
Genus omne volucrum consonos ruit in modos:

Ità, Gabriele carmen, ac laudes DEI,
Exordiente, classici sacri tubâ,
Innumera Superûm, sicut ad lituí (259) so-
num,
Agmina, Tonantis GLORIAM cœlo efferunt;
Almâq; dignos PACE, terricolas frui,
BENEVOLA quantam mens capit, Pace ex-
petunt.
Subscribit istis casta Pastorum manus
Etiam ipsa votis; flexili reverens genû,
Oculósq;, sursum jubare defixô, vibrans.
Sequitur precantûm vota, conveniens preci,
Mantissa vocum: VIVAT immensus DEUS!
Ac stet suo coæva Majestas DEO!
Post hanc, in orbe proximum, metâ carens,
PACIS sit almæ nomen, ac regnum vetus;
Ut AUREARUM redeat Ætatum nitor.
HOC, quod rogamus (addit opilio (270) Ly-
con)
Sit, succinenre fistulâ, VOTUM RATUM!

CHRISTI parvuli, diversa à diversis Adoratio.

EN! SOLIS, os promentis Ephrathæ è petra,
MARIÆq; renerâ luce decorantis Sinum,
Mirifica virtus! Agitè nunc ergò, MAGI,
Aliíque, quêjs, aut Cultus, aut Ludus, fuit,
(Duce Zoroastre,) (271) Persici bifidum Mi-
thræ, (272)

Sed

Sed inane, numen; SOL micans, IGNIS vorans. (273)

Hujc Astro, & Aræ, potiùs adstratum genu
Lunate, pronâ Mente: nec donis Manus,
Pateræque, gazæ merce Nabathææ, (274) vacent.

En, Vester hic, & Ignis, & Sol est, DEUS!
IGNIS, resolvens cuncta; SOL, ipsum beans
Titána (275) jubare: LUXq;, dans luci facem.
HUNC Nympha, terris Prima quæ Solem dedit,
Eadem fovere Prima, ceu gnatum, incipit;
Pronîsq; Prima genibus, ut Numen, colit. (276)

Matrem sequuntur, Angelus, Pastor, Magus:
Cantu Angelus, ove Pastor, & xeniis Magus,
Quæ Syria, quæque Ophíra, (277) quæque effert Saba: (278)
Syra terra, myrrham; thus, (279) Arabs; (280) aurum, Insulæ. (181)

V I.

Abitus Magorum; & Fuga Josephi in Ægyptum: directa per Angelum.

Cædes infantium.

Responsô acceptô in Somnis, ne redirent ad Hero-

dem (Magi); *per aliam Viam reverſi ſunt in regionem ſuam.* Matth. 2. v. 12.

IAMQUE omnis eſſe viſus in portu ſtatus
Caſtæ Parentis, prolis, altoris; (282) vagô
Tranquilla vela pollicebatur mari:
Cùm ſubitus, en! HERODIS à tumidi ferô
Turbo ortus œſtrô, (283) cordis è tetro ſpecu;
Atrociorem dat Syris (284) Lycáone (285)
(Velut in theatri luce proſtantem) LUPUM.
Hunc efferârat; quòd, Sabæorum (286) è plagis,
Tres, gente creti ſiderum gnarâ, (287) Duces,
Infantis ierant tecta luſtratum DEI;
Quòdq; Urbis intrà vilis inventum caſas,
Prodere, latébris erutum, Regi impio
Piè negâſſent: quippeni? NAM, ſi Latro eſt,
QUI prodit Hominis ſanguinem; quid, qui DEI?
Tam grande porrò, Ducibus à Perſis, (288) nefas
Retorſit in Latronis (289) exitium ANGELUS;
PUERI ſatelles gnavus, & Matris comes.
Tenebras hic atras, ac ſilens rerum chaos,
Superæ per auras impetu pennæ ſecat:
Alæque, ſub ſopore, ſuccuſſu gravi,
Latera MAGORUM, nocte concubiâ, quatit:
Ac Tres, ſub unum vocis imperium, citans;
HEU! fugite, fugite hinc, (inſit) alipedi Notô!
(290) Soly-

Solymæa néve Regis homicidæ atria
Repetite! cordi veſtra ſi eſt vobis quies,
Si Vita. Latet; ach! ſub palatinæ ſcrobis
Technâ,(291) PUELLI, Matris, ac Prócerum
trium,
(Veſtrûm, ajo, ni cavetis), in mortem, Cruor.
Supereſt Salutis una retinendæ via;
NULLI Salutem credere, aut homini, aut
loco:
Patrius quoad vos limes, & Eous (292) Sinus,
Excipiat; ínque Sole veſtrati locet.
Vetere Sabam (293) repetere ſi calle haud
datur,
Solymæidos nec terere limen Regiæ; (294)
Gaudete! nam, QUÆCUNQUE fugientes ve-
het;
Dummodo ſit Hoſti devia, hæc RECTA eſt
via.
Orientis Unus cardo; mille aditus, patent.
His GABRIELIS vocibus morem MAGI,
Sopore pariter, ac morâ, ruptis, gerunt:
Atrôque denſæ noctis adoperti peplô,
Ambage flexâ tramitum, ſeſe auferunt
Solymis, Ephrathæ, (295) regis inſidiis, neci.
(296)
Hinc quanta ſubitò mota ſit ſcelerum Ilias;
(297)
Pondere cothurnus (298) nullus expendat
ſuô.

Tunc Herodes, videns, quoniam illusus esset à Magis; iratus est valde. Et mittens, occidit omnes Pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus: à bimatu, & infrà. Tunc Vox in Rama audita est: ploratus, & ululatus multus; Rachel, plorans filios suos; & noluit consolari; Quia non sunt.*

Matthæi cap. 2. à v. 16.

NAM, neque regressis ad trucem Regem advenis, (299)
Nec, quô PUER lateret, ostensô lare;
Votîs ut excidisse se vidit suis,
HERODIANA gannit, auratô fremens
Vulpes (300) in antro, FRAUDE se captam suâ;
Prædæq; vastâ Persicæ elusam fugâ.
Sed, gannientis nemo dum curat minas,
Jam vulpe positâ, sumit HERODES Lupum;
Ululátq; sævùm: destinans Agnos (301) neci,
Ovésque (302) lesso. (303) mactat INFANTUM greges.
Agni-bidentes (304) strage mersantur suâ;
Ovésque, (305) fletu. bis-madens, stagnat solum;
Cruore, mistô Lacrymis. Fluit, ac rubet,
Latô tenellæ cædis infusum vadô
Diluvium: & omnẽ superat Ephrathęs (306) humum;
Citima, remota, (307) paribus involvens malis:

Tel-

Tellúsque, nuper nivea, fit pelagus-rubrum.

Angelus Domini apparuit in Somnis Joseph, dicens; Surge, & accipe puerum, & matrem ejus: & fuge in Ægyptum; & esto ibi, usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes quaerat puerum, ad perdendum eum.

Matth. 2. versu 13.

HIS ne tot Unus additus pueris PUER,
Latè vagantis fieret interitûs comes;
Gabrielis iterum cauta prævortit fides.
Cœlitibus (308) is demissus in terram arcibus,
Ad Bethlehémi scrupeam (309) revolat casam;
Cum matre Puerum necis ut eripiat minis.
Hic, horridâ jam nocte, dum somnô levant
Curas profundô Mater, ac matris simùl
Puerique tutor, hujus occipiti influens;
JOSEPHE! puer hic (infit; ac puerum manu
Signabat, humili matris adstratum thoro,)
Puer hic, Amice, quem vides, qui te videt,
Altô licèt sopore clausis palpebris:
MUNDI futurus PASCHA (310) succidaneũ,
Cœlestis est Prati AGNUS; hâc Agnâ (311) editus,
Ad cujus iste stertit intactos pedes.
Hunc, ante fixum-Tempori spatium (312) mori,
Nec fas sinit, nec fata, nec Vatum libri.

Si tamen iniquus huc penetrârit furor ;
(313)
Jam nunc, priuſquam craſtinus rutilet dies,
Cadet AGNUS. hujus funus, etiam Agnam
trahet.
Lupus Aſcalonis (314) aderit, HERODIS feri
Dens, unguis, enſis, & fames, & trux ſitis:
Sitis, cruoris avida ; lanienæ, Fames.
Et Tu quieſcis? Tantus, (ô, fruſtrà date,
Ni te reſumis!) (315) parvulo tutor lari?
Domus, ecce, tota, ſunt DUO hi! mater, puer!
DUO capita conſervare, grave credes onus?
Si Leve negabis: ergò, grandem operam puta,
PROTEGERE te, quos una tecum ignavior
Auferret hinc mors. Quò vocant igitur, DEUS,
Et Fas, in hoc incumbe. Succisâ morâ,
Hunc aufer hinc: nutríxq; ne pueri fugæ
Deſit papilla, fugiat & mater! Sed, I ;
Fuge, curre! quantum in pedibus eſt. *limes*
pedum,
Fugæq; meta, Terra ſit Memphitica : (316)
Materæa (317) nec vos, quàm libet verni ſoli,
Vel balſameta, mollibus teneant agris ;
Panacísve (318) rore fluidus inviſcet frutex,
(Engaddis (319) olim germen, at poſthac Pha-
ri:) (320)
Veſtri ſed urbs itineris hæc eſto quies,
Quam vox Pelaſga (321) Solis (322) à titulo
notat.
IBI deſidete ; donec, exactâ vice

Rerum

Rerum asperâ, vos Numen, ac melior dies,
Meæq́; monita vocis, ad reditum ciant.
Tantisper inopes, ac vagi; Nili accolas(323)
Inter, DEOque devias gentes, SPEI
Vos sustinete lacte, quod cœlô fluet:
Æquate planâ mente, quod dura asperant.
EXILIA Patriæ sæpe supplêrunt vicem:
Hostísq; quondam regio, tandem hospes fuit.

Qui consurgens, accepit puerum, & matrem ejus, nocte; & secessit in Ægyptum: & erat ibi, usque ad obitum Herodis.

Matth. 2. versu 14. & v. 15.

HÆC fatus Ales, (324) abiit; ac juxtà, sopor
Sponso-MARIÆ: Qui, datæ curæ memor,
Dictóque pariter audiens; unô moram,
Somnúmq;, punctô noctis abrumpit. Sedens,
Secúmq; volvens visa, festinô thorum
Passu relinquit. Conjugem, Puerum (DUO
Pretiosa cœli dona) non magnâ manûs
Suscitat, & oris, mole. mox, nullô facis
Usus ministræ jubare, pansurô viam,
(Ut sic lateret atra Bethlemios fuga)
Migrat: exit, aufert, eripit, puerum-Deum;
Matrémq; Divam. At, Noctis interea nigræ
Spissas per umbras, ac salebrosas vias,
Imperia dum maturat, & celerem gradum;
Offusa menti pariter, ac plantæ rudi,

Caligo lippa, ſimplicem rapuit ducem,
Non, quò vocabant Nilus, ac monitor DEUS,
Sed, ad arva læva, (325) parte quâ (dictu horridum!)
Moriuntur, etiam maria, moriuntur ſata;
Verísq;-vitam ſterilis Autumnus necat:
Acheron (326) ubi alter, torpidâ ſpurcus pice,
Bituminosîs nunc-adhuc Sodomam vadîs
Exhálat. Hîc, fallace JOSEPHUM luti
Lentore tractum, lævus, at planè innocens,
Implicuit error: donec, abreptum, ac vagum,
Idem lacunîs rector explicuit viæ,
Modò qui cruenti Regis eruerat minis;
Terrísq; poſthæc, Memphi, (327) conſtituit tuis
Hunc ternionem (328) Dux (329) ducis, Cœli-Aliger,

CHRISTI ex ÆGYPTO reportatio.

Defunctô autem Herode; ecce, Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus: & vade in terram Iſraël. Defuncti ſunt enim, qui quærebant animam Pueri. Qui conſurgens, accepit puerum, & matrem ejus: & venit in terram Iſraël. Audiens autem, quòd Archelaus regnaret in Judæa, pro Herode, patre ſuô; timuit illò ire. Et admonitus in ſomnis; ſeceſſit in partes Galilææ. & veni-

veniens, habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth.

Matth. 2. v. 19. 20. 21. 22. & 23.

AT, dum latebras EXULI præbet DEO,
Tellus, Deorum Patria (330) tot, quot
ichnévmonas (331)
Limus, juvencas stabula, felésq; horrea,
Cepas humus, Nilúsq; crocodilos, alunt:
PHALARIS Hebræus, (332) tristis ad Averni
(333) lacus,
Erebíq; migrat Regiam, meritis parem.
Senis at cruentas implet Homicidæ vices
(Quoad favore liceat Augusti)(334) LATRO;
Ætate minor, at pænè par morum lue,
Trux (335) Archeláus, ortus Herode è truci.
Jámq; HIC, priusquam patrias plenô gradu (336)
Inîsset arces, patria Successor manu
Scelera cruentâ prorogans; iîsdem patrem
Renovabat omnem gnatus Herodem minîs.
Is ore, dente, manibus, armatô impetu,
CHRISTO futurus, quod Senex pueris, erat.
Sed tam cruentæ triste molimen feræ,
Vigilace Genius anteversurus sacer
Reditu; Canópi(337) providus repetit plagas:
Ex his relegere patrium profugos solum,
Nilôq; omisso, bibere Jordanem, jubet.
JOSEPHUM at, ipsum pæne sub reditûs
caput,

Sirbónis (338) inter littus, ac Bóſoris vada,
(339)
Dubium, ſuæq; gentis à Satrapâ novo (340)
Nova Virgini Prolíq; metuentem mala;
Adit, (ut ter antè) (341) penniger cœli incola:
Ac dormientem, ſomniô dulci monet,
Quæ fugiat, ac quæ tutus inſideat, loca.
Curîs abactîs, arva Galilææ jubet,
Ac Nazarethi petere deſertum (342) larem:
In cujus almô, poſterîs annis, agrô,
Stabilî futurum flore ſint Viridarium,
Virgo, Puer, Nutritor; hæc TRIA LILIA.
En! Angelorum ducibus: en! Superæ domûs,
Ac purpuratæ Curiæ, primo ordini
Quàm ſancta cordi ſtudia ſint, PUERI-Dei,
Promptâ, colendi hunc ſemper, obſequii fide!
Meritóq;! Nam ſub, lineîs (343) vinctô inſtitis,
Roſeîſq; lac trahente maternum labris;
Sub ungue tenerô, ſub genis edentulis,
Jam ſumma VIS, jam NUMEN, ac Sceptrũ, latent.
Inopis Puellæ ſicut in gremio PUER,
Sic Summi in ulnâ Regis eſt Rex, & DEUS.

* *
*

VII.

VII.

CHRISTO,

Post Pugnam adversùs Sathanam, ministrant Angeli.

Matthæi, & Lucæ, capite. 4. & Marci. 1.

In diebus illis, venit JESUS *à Nazareth Galilæa: & baptizatus est à Joanne, in Jordane. Et statim ascendens de aqua, vidit cœlos apertos: & Spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur à Satana. erátq; cum bestiis. Marci 1. à v. 9.*

SED, Si Puello tanta MESSIÆ data est
Tunc opera, tantus habitus à Geniis honos;
Reverens ut illi sternerent jam tum genu,
Famulúmq; pensum solverent: quid dejn, togam
Nacto virilē? quídve, mirandis Syros (344)
In se trahenti rebus, ac famæ--tubâ?
Quid, publicæ Salutis intento viis,
Præstare decuit Cœlites industriæ?
Et præstitêre, tempus id quoties suum,
Ac postularet habilis obsequio locus:

Idque

Idq; oris habitu, qualis humanæ decet
Formam juventæ. (345) PULCRA namq;
æthræ (346) domus,
Pulcros & orbi mittit: &, Quídni DEO?
AD Averna (347) contrà, ſiquid informe eſt,
eat!
JAM Sena vitæ luſtra, (348) vivendi metrô,
Spatiôq; , quo mortale Nos ævum terit,
REX SÆCULORUM, factus annorũ cliens,
Egerat, amictus carne, nutrice in domo:
JORDANIS, ecce, ſpontè, nec maculæ capax,
Nocentis inſtar expiatrices (349) ſubit,
Scapulîsq; nudis excipit, JESUS, aquas;
Ætherĭs, in orbem ſtante, famulari chorô,
Et prædicante Regis hunc habitum ſui.

Ductus eſt JESUS à ſpiritu in deſertum.
Matth. 4. v. 1.

Nigra mox vepreti teſqua montani petens,
Sterili Quarentæ (350) luſtra quà ſaxô rigent,
Subit horridarum tetrica ſylvarum avia;
Inhoſpitorum ſoſpes urorum (351) accola,
Hoſpes leonum, turbidi ſocius lupi,
Per ſeſqui--Lunam: (352) Corpus hîc, ſiccum fame,
Vitámq; cœlo ſemper affixam, prece,

Lacry-

Lacrymis, & hymnis, perdius, pernox, terens.

Et accedens tentator. Matth. 4. v. 3.

Venit huc Averni dirus Umbrarum pater,
Sui baráthri nigrior furnô, Sathan,
Oculos hydri (353) hujus, fulgurũ faculâ horridos,
Habitúmq; furvæ frontis, ac Stygiô, halitũ,
Ardore vapidum, ne quidem sævæ striges,
Aliæve ferrent, quàm libet rabidæ, feræ.
Ergò imma pavidi, specubus in opacis, loca
Petiêre cervi, bubali, damæ, sues.
Ibi substitêre: quêjs tamen, Stygis in minas,
Tutius asylum poterat haud ullum, jugô
Hujus patére montis; in quo REX sedens
Ascéta (354), dudum mentis agitabat sinu,
In utramq; partem pectus offerre obvium,
Seu Pax placeret, seu furor belli, Inferis.
Belli furorem, (quódq; devoveas), Sathan
Hostem sibi quærebat è COELO novum;
MICHAELIS haud contentus à lauro (355)
premi, (nam foret
Quanquam ergò tunc ambiguus, Ecquis-
Abditus hic hostis? Cujus impeteret caput?
Terrâne genus? an, é DEO, traheret, DEUS?
REGEM, quietas tunc salebroso preces
Fundentem in antro, subitus, ac prior, assilit;
Tenebrio lumen, umbra Solem, Aquilam
draco; Beli-

Beliálq; (356) Chriſtum. Vim parat: ſed, nec
tremens,
Nec tamen & audens penitùs. Hinc, vult, &
negat.

Dixit ei; Si filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant.

Tandem, pavere neſcium, Pluto (357)
pavens,
Et inter iſta non tamen ſperans nihil,
Adóritur. Armis anſa (358) fit, fugitans dapis
Tot jam dierum, ac noctium in ſicco, (359)
fames;
Intemperante quam cupit ſolvi gulâ.

Statuit eum ſuper pinnaculum templi. &c. Matth. 4. v. 5.

Sub hæc, in Ædis ſumma Solymææ (360)
labra,
DEOq́; ſacræ ſedis aërium caput,
Suſpendit amplô crebra quod pinna ambitu,
Audace JESUM, per Notos, rapiens manu,
Diæ ſupremâ ſiſtit in zonâ (361) Domûs:
Hinc, arrogante vel DEUM ſaltu jubens
Monſtrare Se, ſi rueret incolumi pede:
Sin', Æde ſimùl, ac ſoſpitis casûs levi
Excideret ausô Salius (362) hic; fractô genû,
Exartuatô crure, diſclusô halitu,

Age-

Ageret, Dei pro filio, Mimum (363) Dei.

Hæc omnia tibi dabo; ſi cadens adoraveris me. Matth. 4. v. 9.

Sub iſta Sathanas, victus ac pulſus licèt,
Non, ut decebat, fractior, ſed, quod ſolet,
Pejor ſeipso, redditus; CHRISTI pedes,
Ac Genua, ſibimet prona depactus; coli
MAMMONA (364) poſcit: omnis ut gazæ
potens,
Orbísq; rex, Imperia, Delicias, Opes,
Fundo ex herili faciat, hic Servus, SUAS;
FUMOSq;, (365) Cultûs impii (366) pretium,
auferat.

Vade Sathana, &c. Ibid: v. 10.

Sed exſecrandæ fœdus, ac votum, Stygis,
REX, (367) imperati ſimplicis retudit ſonô:
Dum, FULMINIS (quô nulla Vis graviùs
ferit,)
Imitatus ignes, impetum, ac præceps iter,
Sic breviter; AUFER, inquit, hinc, Sathana,
pedes;
NUMENq;, non Te, perduellem Numinis,
Supplice, memineris, eſſe venerandum genû.
HÆC, Unico debetur illi, SERVITUS;
Tibi flagrioni, taureæ, flammæ, Dolor.

Tunc

Tunc reliquit eum diabolus; & ecce, Angeli accesserunt. versu XI.

Perstrictus hôc lucífuga fulgétrô Gigas, (368)
Cuj spes, Olympô, (369) fuerat invictum DEUM
In Tartarum detrahere; dejectus gradu,
Loripede mœstum repetit Acherontem (370) fugâ:
REGIque, (371) contrà, Montis aërii (372) jugum
Adhuc tenenti, miles est præstò suus,
Prætorii magnanima Seraphæi (373) cohors.
HI, pariter Hominum, gentis & superæ, DUCI, (374)
Famulante satagunt munus applausu dare; (375)
Et gratulante hunc canere Victorem chorô.

Et ministrabant ei. ibid.

Ut NUMINI prôjn, thura sacrifici ferunt:
Ut Carne tecto, carnis alimentum, favos: (376)
Ut Pugili, athlétis sueta, dant coliphia: (377)
Ut réduci ab hoste, fortiter domitô, hostias: (378)
Ut deprimenti Styga, triumphales notas,

Pal-

Palmas, coronas, ferculorum impendia,(379)
E pénore cœli lapſa mortalem(380)in ſinum.
HÆC, magna reor, ac digna monimentis
ſacri
Servitia calami, Geſta qui Aligerûm canit:
At, non ſupra fas. quippe, *Quis verna* (381)
Ætheris
Non, quidquid ipſe eſt, Ætheris DOMINO *ádicet?*
Sed Adamidárum,(382)carne compactum,
Genus,
Et, in oſſa fractum, ſtirpis humanæ lutum,
Erigere medicæ, cupere, ſubſidiô manûs;
Nec id putare décoris alienum ſui,
Propè majus aliquid plurimis magnis habet.

I I X.

ANGELUS,
Piſcinæ probaticæ ſalutiferam aquam movens.
Joannis 5.

Eſt Jeroſolymis probatica Piſcina; quæ cognominatur Hebraicè Bethſaida: quinque porticus habens. In his, jacebat multitudo magna, languentium, cæcorum, claudorum, aridorum; exſpectantium AQUÆ motum. ANGELUS autem Domini deſcendebat, ſecundùm tempus, in Piſcinam, & movebatur aqua. Et, qui prior deſcendiſſet
in

in piſcinam, poſt motionem aquæ; ſanus fiebat: à Quacunque detinebatur infirmitate. verſu 2. 3. & 4. cap. citati.

OPIS eſſe grande ſpecimen ANGELICÆ poteſt,
BETHSAIDA; (383) quinque ſepta Porticum ambitu,
PISCINA, quà ſe plana pars Urbis Sacræ,
Templum inter, ac frondente denſum Oleâ nemus,
Orientis ad Titanis (384) expandit plagas.
Illic cubabat, languidâ torpens morâ,
Genus omne luis; ac mortis, è varia tribu,
Plebs candidata, mille per lethi vias:
Plebs, artis, atque dexteræ Podaliriæ, (385)
Quantùm orba, tantùm cupida; ſi Cœlum daret,
Quam, fuſa cœlo, vota poſcebant, manum.
(386)
Nec Spes fefellit. arce namque Olympicâ
(387)
Aliger in undas, temporis dubii vice
Exlege, ſe Tonantis ad nutum dabat.
RAPHAEL (388) pröin, ſeu, quiſquis è cœlo potens
Morborum abactor, ipſa nonnunquam ad meri
Spatia diei, Solis ac patulum jubar,
Agitabat immi gurgitem medicum lacûs:

Sado-

Sadocidûmque (389) gentis, Angelico impia
(390)
Moventis arma nomini, cœtu palàm,
Placida rebelli stagna gyrabat vadô;
Indeprehensâ laticis arcani tubos, (391)
Sed efficace morbidis, laxans manu.
Successus, operæ testis ætheriæ fuit:
E mille, latæ spatia per crepidinis (392)
Stratis, capitibus, Capitis UNIUS Salus.
UNIUS equidem capitis (& fateor) Salus;
Sed Cita, sed absque mole, tabentem beans,
Citatiore quisquis ambîsset gradu,
Languida Probaticô (393) membra mersare
alveô. (394)
Hâc namque cœli lege, miserorum gregi
Robur vetus redibat; ut Sospes foret,
Quisquis Celerior: utq;, qui accessu Lacum,
Is & Salutis, primus arriperet locum.
Cæco indè, melior Oculus; Hydrópi, cutis
Aridior; Auris surda, jam voci patens;
Ori revincto, laxior fandi via;
Suum victis (395) robur articulis novum;
Sua vita, nervis flaccidis, quassis, vigor;
Tremulo pedi, crus stabile; prostrato, valens.
PANACEA (396) demum est facta, quæ sta-
gnum fuit:
Sic tamen, ut, atrô mersa (397) per lethum
die,
Demersa sineres; nec dares spem mortuis:
Quos nulla retrò trahere valuissent vada.

QUIS namque vitam redderet; nisi, Qui dedit? (398)

IX.

LAZARUS,

Ab Angelis in Sinum Abrahæ deportatus.

Homo quidam erat Dives, qui induebatur purpurâ & byssô: & epulabatur quotidie splẽdidè. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus: qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus; cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis: & nemo illi dabat. Sed & Canes veniebant; & lingebant Ulcera ejus.

Lucæ c. 16. v. 19. 20. 21.

SED, membra, cum compage membrorum, suis
Relevare morbis, grande sit quamvis Opus;
Operâq; sanè dignus Angelicâ favor:
Præstantioris est tamen Curæ decus,
ANIMAS quòd ſidem, jam suô functas die,
Nec post quidem atra fata, post vitæ fugam,
Ope destitutas comite, solívagas sinunt.
Has namque ne, per Manium cæcas vias,
In alia trudat error indocilis loca,
Quàm, quæ suimet cujq; jus meriti daret;

Lemu-

Lemurúmq; nequis exsecrandorum nigris
TIUS invehatur Insulis: Genii (399) cavent.
Sit Veritatis, lege quam tragicâ cano,
Pro mille tabulis Testis UNIUS fides.
Solymorum in illa parte, quam sermo vetus
Dicit SIONIS-FILIAM, (400) planô situ
Domus ampla steterat; quæq;, plebejas supra,
Erigeret audax-culmen. hæc, cœlo caput
Altâ ferebat fronte; parjetibus decens;
Pariſoque (401) nitida lapide. Turritas loquax
Hodiéque monstrat fama Laris hujus minas;
Nec adhuc Superbi, si vel aspiceres fores,
Intercidisse cerneres fastum incolæ.
EPULONIS illic ditis, immitis, feri,
Fuit aula; quam nec sceptriger (402) fugeret tumor:
Nisi, quòd probrosâ tota diffluceret penû.
NAM studia ventris, regium evertunt decus;
Et fœda omási pompa, de arvina, & luto, est.
Sic Iurco (quem, Ninevsin (403) Isacidis ferunt
Fuisse priscis, exteræ vocis notâ,)
Noctes, diésque, Persicæ (404) lustris gulæ,
Phialísq;, Graji (405) rore perspicuis meri,
Solitus madere; ventris ingluviem dape,
Animúmq; vitiis, & cor, implebat, vagum
Oblivione Numinis. mollem interim,

Nitidámq;, telâ byſſinâ velans cutem;
In iánthinis (406) prodibat ad populum ſto-
lis. (407)
Ità purpuratô, civis Iſacida, (408) ambitu
Agere propinquæ viſus eſt regem Tyri. (409)
AD ebrioſas, inter hæc, ſtratus fores,
Tantúmq; non vomentis ad domini pedes,
Vir agebat, Héberis (410) ipſe quoque priſci
nepos:
Sed ſortis ideò facilè deſpectiſſimæ;
Quia nuditatis ultimæ. Namq; ID ferè
Inſons Egeſtas moris à tergo trahit;
UT UBIQUE jaceat Pauper, & nuſquam bene.
BONUS ergò, ſed Mendicus, hic; ſolâ Malis
Hâc nauteâ diſplicuit. At graviùs tamen
Hoc pondus ipſum, faſcis urgebat novus.
Quid dico, faſcem? ſylva virgarum integra.
Seges dolorum; grande mœrorum mare;
Febrium mera Ætna; gurges undæ intércutis:
Totúmq; fœdâ corpus illuvie fluens,
Acidam tenace traxerat ſcabiem morâ;
Olidôque ſaniem, membra ſubeuntem, ſitu,
Foris, ut trilíce ſquamma loricâ rigens,
Ubique rigidis aſperârat bracteis.
At, puris intus tabe, tam ſævâ magis,
Quàm magis opertâ, viſcerum tacitas fibras
Populante, corpus omne, prunarum in modū
Tumidâ coquebant puſtulæ ſparſæ cute.
MISER ergò demum totus hic, quantus
fuit,

Ab apice glabri capitis, ad soleas pedum,
LAZARUS (id inerat nomen hujc) ULCUS
fuit;
Ac, siquid ultrà quærimus, *Labor & Dolor.*
Ardebat: aberat ventuli relevans-gelu.
Esuriit; avidum clausa fraudabat penus. (411)
Hiabat, in caduca duntaxat dapum
Segmenta, stomachus, mille jam crispus plicis;
Sed & hujc opem superbus invidit rigor,
Etiam minutæ sportulam Cereris negans,
Seu rigor herilis totus hic, seu (quod solet
Haud parte minimâ, sæpe servorum fuit,
Tetricive forium præsidis: quæ plebs ferè
Plusquam dominicô se supercilió gerit.
Pascebat ergò hunc nemo: cùm contrà tamen
Inops suômet pasceret tabô Canes;
Dum hi pure fluidos LAZARI lambunt pedes.
QUID igitur erat hæc Vita, nisi Lethum
duplex;
Pejórq; Lethô? fortior ni tot malis,
Eriperet ægrum vinculis PATIENTIA.
Eripuit ergò specimen hoc JOBI novum,
Tolerantis onus hoc, ipse tolerandi tenor;
Et turbidóque traxit in portum salô,
Frequens Olympi, (412) Lazarum gestans,
manus;
Et ipse demum summus, emeritîs dies
Ad lauream, palmámq;, decurrens rotis.

Factum est autem, ut moreretur mendicus; & portaretur ab Angelis, in Sinum Abrahæ. Mortuus est autem & Dives: & sepultus est in Inferno. Elevans autem oculos suos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longè; & Lazarum, in Sinu ejus. Et ipse clamans, dixit; Pater Abraham! miserere mei! & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam; ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham; Fili, Recordare, quia recepisti bona, in vita tua: & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu verò cruciaris. & in his omnibus, inter nos, & vos, chaos magnum firmatum est: ut hi, qui volunt Hinc transire ad vos, non possint; neque indè Huc transmeare.

Luc. 16. v. 22. 23. 24. 25. & 26.

IS, morte raptus ad beandorum nemus,
Gremio, canoros inter aligerûm choros,
Infertur Abrahæ: cujus in placido Sinu,
Omnis reciprocô liber Euripô (413) mali,
Quo fluctuamur triste nos Evæ genus,
Quiescit; apibus molliùs, Pæsti (414) rosa
Quas fovet, Hymetti (415) sive ros fragrans alit.
Ibi fruitur epulis, Animus in quas se, gulæ
Sinè labe, solas totus effundit satur:
Ibi nectar haurit, cujus, in Mente, est sapor,
Non Ventre; mustum dulce prælibans, poli

SOLA-

SOLATIORUM quo redundant Vineæ.
Ibi, tutus ipse, spectat, Immitem priùs,
At tunc hiulcis supplicem verbis sibi,
NINEVSIN; aliô jam flagrantem coccinô,
Aliâ *Molestæ* purpurâ *Tunicæ* (416) rubrum:
Quippe, emigrantem pariter è vitæ atriô;
Nec tamen euntem pariter ad vitæ nemus.
Simulac enim fatalis, EPULONEM quoq;
Mersit supremæ-vesperæ-tenebris dies:
In scrobe (417) quidem cadaver; at contrà, suum
Animus in Orco cepit ex meritis locum.
Hunc ibi, sepultum penitùs, ac totâ Stygis
Flagrante Líparâ (418) circumobsessum, notat
Mendicus; instar Agrigentini BOVIS (419)
Immugientem, cinere carituris, (420) rogis.
Audit, vidétque hæc, Lazari felix status.
Videt, æstuantem Ditis (421) ignisluô lacu;
Adamantinîsq; (422) (SIC erant versæ vices!)
Velut antè sese Divitis portis, ità
Nunc Divitem Orci foribus, inter se procùl,
Discluſum utrumq;, legis æternæ serâ;
Utriusque Mundi vasta quam rima (423) objicit.
Talem ergò Pauper Satrapen, Erebi incolam,
Videt, Abrahæ jam tutus, opulénsque, è Sinu;
Quali, si avaræ Dives è mensæ thorô
Spectâsset inopem, fronte: velut atrox tigris
Hunc, aut Niphatæ (424) rigida, vidisset, silex.

Nec satìs: Ab immo Manium atrorum lacu,
Etiam boantis audit, at cassas, preces,
Pro Se, suæq; stirpe cognatâ Domûs;
Pro Quinque fratrum deviâ-rectô viâ;
Si, flexum ad æqua, fortè retraherent pedem.
Sed frustrà! IN Orco namque (quem nulli incolunt,
Nisi perditi,) jus vult, ut & pereant PRECES.

Admonitio ad sollicitudinem, piè vivendi, sanctéque finiendi.

DUM Tempus igitur, hujus & vitæ finit
Fugitiva rota; cuj Parca(425) nondum infert manum,
Nec adhuc Salutis claudit extremæ fores,
Dum & sublevante Cœlites adsunt ope:
Ut Angelorum nos potens dextra erigat,
Tonantis, oculô flente, tingamus pedes.
HOC mors peracta frugis (426) è Cœlo metet,
Quod mors propinqua severit. Lacrymâ, prece,
Scelerúmque-purô corde, qui vitæ terit
Iter Hujus; hic Alterius haud dubiam videt
Premítq; Vitæ, liber erroris, viam.
Hîc ergò nunc, hîc esse moriendo incipe;
Quem, te fuisse, tunc voles, cùm mors citat.
Sic, comparatos esse nos, Æther velit:
Sic ipse Rector ætheris, cárne abditus;

Dum

Dum nos, parari funeris luci nigræ,
Suímet Obitûs docuit in vicinia:
Supero PARENTI ſupplicans; atq; ANGELI,
Dignatus, aures haud graves Monitis dare:
Ultrò-paventis (427) quæ relaxarent ſinum.
Hoc, imminentem quâlibet cauſsâ necem
Nequis retortô fugeret imbellis gradu,
Specimen IESUS, non *ſibi*; *Nobis*, dedit.

X.

CHRISTUS,

In monte Oliveti, confortatus ab ANGELO.

Egreſſus eſt JESUS, *cum diſcipulis ſuis, trans torrentem Cedron; ubi erat hortus.* Joann. 18. *vers.* 1.

NOX aderat illa triſtis, &, quam, parforet,
CHRISTI ſupremam Noctium dici; niſi
Poſtera, tenébrîs, Tartari pæne æmulis,
Noctem (428) novâſſet, luce ſub mediâ, Dies.
Peracta Cœna, Legis è placitis, erat;
Cibus inſtitutus myſticus (429); Carmen cibo (430)
Subjunctum; & hymnis omne finitum PHASE. (431)

Exitur urbe: tenue Cedrónis (432) vadum.
Tunc, alluente largiùs rivô, tumens,
Trabe (433) transmeatur: vetula quam dederat cedrus; (434)
Datura mox (sic rumor est) etiam Crucem. (435)

Tunc venit JESUS *cum illis in villam, quæ dicitur Gethsémani: & dixit discipulis suis; Sedete hîc, donec vadam illuc, & orem. Et, assumptô Petrô, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari, & mœstus esse.*

Matthæi. 26. à v. 36. & Marci 14. à v. 31.

Hîc (siquis, in re ponderis tanti, pio
Locus esse sicci Vatis ingenio potest)
Meridiano CHRISTUS in rivi situ (436)
Oculos reflectens, amnis ad rauci alveum;
Euri (437) reflatu frigidô, crispis aquas
Sulcis plicatas, vidit: ac, visis, stetit;
Animum pavore contrahens: nam tunc, DEÔ
Tantisper intrà corpus abstrusô, foris
Hominem simùl præstabat; humanos pati
Fluctus scientem, quêjs volens horresceret.
UT video (sibimet infit), ad Triarios (438)
Nostri suprema meta conflictûs venit!
Insontis igitur illa, MESSIÆ in caput
Decreta jam tunc ante Mundi exordia,
Nunc jacta tandem est alea? (439) Hic modicus Cedron

Davi-

Davidis olim flentis, (440) ac nudô, vada
Trans ista, gnati tela fugientis pede;
Hem! nunc Sionii Regis (441) alterius, MEUS,
Meus, ajo, Cedron; ac mei est jam nunc mi-
nax
Necis, & cruoris. Ventum eò, ventum est, loci,
Ex quo, nisi inopem, supplicem, flentem, ar-
xium,
Rivis fluentem sanguinis, captum, necî,
Per mille plagas destinatæ, obnoxium,
Redire in urbem non sinent Leges PATRIS,
Non, illa Vatis regii, de me, lyra, (442)
Quæ nostra tali fata præcinuit metrô:
INIMICA supra capita geret altum caput,
REX ille Mundi, rege Deus ortus Deô;
Sed lege tamen hâc, SI prius, mediâ viæ
Laboriosa in valle, TORRENTES bibat,
Proprii cruoris coccinô tinctus, AQUAS.
Heu! fortis hominum triste, dirum, ingens,
jugum!
Heu, protoplastæ ganeæ (443) barathrum
vorax!
In quod tot intrant orbis ætatum agmina,
Ut GULA Duorum, facta sit POENA Omniû,
Egon' ergò, quod non mereo, verátrum (444)
hauriam?
Et Solus? è tot gentibus (445) nullô meas
Subeunte partes? Vah! vel hâc ipsâ, dolens
Quâ plango mecum, temporis laciniâ!
Digressus urbe dum locum precibus lego,

In cujus antrô, planctui laxans iter,
In omne Lessi (446) totus effundar mare:
Quæ Solitudo? quæ meî sensim fuga
Ségregis? (447) Abest, non dico, Quod me incinxerat
Populos docentem, grande populorum fretū:
Nam, PLEBE quid mobilius, aut æquè fugax;
Ventosa cujus semper in fluxo est fides?
Grex ergò saltem firmior cœtûs mei,
Domesticæq; plebs dapis consors; (448) UBI est?
Abest (coacta, fateor, ac nolens,) tamen
Abest mearum, per Palæstinam, omnium
Comes illa itinerum, MATER, ut lateri latus.
Abest, aperta semper, & lasso hospita,
Marthæ Domus; jussúque redivivus meô,
Felix AMICUS ille NOSTER, LAZARUS!
(449)
Supersest adhuc, heu tenuis! ac dubiæ moræ
Manipulus; à quo, quàm libet modicô, tamen
Abruptus, & suômet, & Sathanæ dolô,
Transfúgit Unus: Undecim, spirant fugam:
TRES, excubare qui jubebuntur suæ
Lucrô Salutis, jussa mox ventis dabunt;
Dum somnolentum genibus includent caput.
At ternionis hujus animosus Gigas,
PETRUS iste, caulæ petra nostræ immobilis,
Prodet Timori pectus, os, tergum, fidem:
HOMINEMq; se non nôsse, (450) quem credit DEUM. (451)

Ipsô

Ipsô citatô teste (452) firmabit DEO.
TORCULAR (453) ergò Vineæ, saxîs scabræ,
Spinísque densis horridæ, SOLUS rubræ
Calcator Uvæ, pedibus invadam meis?
Et hoc (quod iterum graviùs, atque iterùm, premit,)
Et hoc feram, non solus, & nudus modò,
Orbúsq;, cunctô comite; sed sensim &, sine
Etiam Meipso; profugus, atque exul meî.
Nisi mentis angiportus (454) hic nostræ foret;
Ad me, relictus à meis, caperem fugam,
Ceu ratio, ceu lex, mósq;, vult: si, me penès,
Aliquid meî invenire decrêssem. At jacet,
Emortuúmque est, ante me, quidquid fui
Hominis adhuc: nihílque qui timui priùs,
Nunc pæne cuncta metuo: quódque Homi-
nis neges;
Etiam Meipsum vereor. Ad quod jam pavens
Igitur asylum languidos cogo pedes?
Quem peto recessum? VALLIS hejc, en! Vallis est,
Cuj JOSAPHATI, titulus, à cippo (455) manet.
Opaca trahit huc regio: quæ tumulis (456) virûm,
Hinc, indè, celsis surgit; ac letho datis
Plus mille fidos pérfugis aperit specus.
Tegar his? At olim *Fortis* hîc *Juda-Leo*
(457)

Omni theatrô Solis, ac mundi, palàm.
Ipſúmmet hunc, cum poſterâ, JUDAM, tribu,
Et omne prorſus judicabo (458) Sæculum.
Quâ conſonabit ergò geſtorum fide,
Aut quâ coibunt hæc decóri imagine;
Idem ut *meum* dicatur aliquando *ſolum*,
Nunc in latebris *flentis*, ac fracti metu:
Pòſt verò, *jura dantis* in fas, ac nefas?
Alióne curas igitur aſportem meas?
Aliò profectò! Nam PATRIS meditor Sinum;
Hujc ſiſtar: hujus mœſtus amplectens pedes,
Advolvar illi precibus, adſternar genû,
Faciéque totâ. PATRIS in gremium, meæ
Egurgitabo turbidum mentis ſalum;
Feriore quod me ſemper Euripô (459) rotat:
(Et fluctuabat horridô ſanè metu.)

*Tunc ait illis; Triſtis eſt Anima mea uſque ad mortem. Suſtinete hîc, & vigilate mecum. *Vigilate, & Orate: ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt: Caro autem infirma.*

Matthæi cap. 26. v. 38. & 41.

HÆC ipſe ſecum fatus, haud ultrà tamen
Preſſurus animô verba; re prodit foràs:
Et, Homine functus, ultimîs preſsô malis,
Tremit, ingemiſcit, plangit; orditur palàm
Pavitare; móxque, pondus urgentis mali
Pertæſus, arctô pectoris claustrô premi;

Reci-

Reciproci vix jam viâ salvâ halitûs.
Spissabat animi turbinem, tempus, locus,
Comitum gracilior numerus, &, quæ non mala?
Cimmeria (460) nox, horrórq; (vestibulum Stygis);
Velata tenebrîs astra; sub nube, Hesperus; (461)
Fax cæca Phœbês; (462) aura, Saturnô (463) rigens;
Glacialis Aër; Hyades, (464) in nimbum uvidæ;
Ac densus, ad Cedróna, saliceti (465) fremor:
Nec procul Olivæ-nemore, vernantis quidem,
Quassi sed Austrô, montis inamœnus fragor:
Et cuncta, quæ nocturnus horrificat metus;
Qui si quiescat, Noctis haud ipsum silet,
Semper pavendi caussa nova, Silentium.
Hæc igitur, ac sexcenta præterea, nigri
Simulacra Lethi, mentis agitabant fretum:
Et id ipse demum, quàm libet fortis priùs,
Nullíus aut assuetus occursu mali
Vertere colorem, JOSUA hic Legis novæ (466)
Professus; ore prompsit ingenuô, tremens,
Tremulis vicissim, funebris luctæ assecla. (467)
Hic numerus, intrà capita subsitierat Tria; (468)
Ad prædii pars (469) reliqua dum limen sedet.

Ad

Ad Tresviros sic ergò Rex versus suos;
HORRESCIT (ait), ut vestra quoq; palpat
manus,
Horrescit, in me quidquid est tactûs capax:
Et illa quoq;, quæ tactuum non est capax,
TRISTATUR anima, pæne jam Vitæ ad
fugam:
ANIMA illa (nôstis,) Anima, tam quondâ
vigens,
Tam stabilis, ut fulciret & cœli bases;(470)
Ea nunc Columna nutat: hûjc ipsi est opus.
(Sed par labori,)sustinens Hominem manus.
HÆC Hora, me respicere *mortales* opes,
Aut fulcra, prohibet. MAJUS auxilium volo!
Agitè pröinde! civicô Gethsémanês (471)
Post nos retrusô rure, mortalî procùl
Abeamus hinc, ceu dissonô rebus meis,
Commerciô. Quin potiùs, hortensis soli
Hoc nemus, &, Olcâ viride montanâ, jugũ;
Petamus; atq; vigile, sed stabili, prece,
Horám exigamus, PETRE! (nam lateri
Petrus,
De more propior, fidus hærebat comes)
Et vos Duo, stirps Una, Zebedæô sata, (472)
Unà precemur! Unus, & flendi ad PATREM,
Et excubandi, quattüor teneat labor.
Num conquiniscunt (473) in soporem lu-
mina,
Insomnis animi tædiô? nec sat placet,
Vel Vigilis horæ, vel precis sociæ, rigor?

Dispil-

Displiceat! Atqui, siqua veridico est fides,
Non alius aliàs major, aut est, aut erit,
Utriusq;, cujus satago nunc, usus rei;
Quàm, supplicandi. ne locum somno date!
IN tela Sathanæ, semper infesti, ignea, (474)
AUT nullus, aut hic, Clypeus est; Vigiles.
Preces.
PERIRE qui vult, cesset Orare! & perit.
Nec, VELLE, satis est, hostis effugere
impetum;
Et, Ab Otio sperare Victoris—decus.
Quibus *os*, & *animus*, prompta, sed pi-
grum est *opus*;
Cadent, priusquam clangat in pugnam tuba.
NON Cogitantes palma, (475) sed Agentes,
manet.

Et progressus pusillum (Matth. 26. v. 39), avulsus est ab eis, quantum jactus est lapidis: &, positis genibus, (Luca 22. v. 41) prócidit in faciem suam, orans, & dicens: Pater mi! Si possibile est, Transeat à me CALIX iste! (Matth. 26. v. 39) Et Oravit tertiò: eundem sermonem dicens. ibidem. versu 44.

HÆC fatus, &, comitibus abstractus
suis,
Spatiô, quod, acta fortè juvenili manu,
Silex voléma (476) transmeet; subtus nemus
Alpestre tendit, collis acclivi viâ:

Ad

Ad Rupis (477) uſq; donec exeſæ ſpecum,
Per ſaxa ſcabra, traheret animoſum gradum.
Tantum Advenam, mox omne, quàm latè ſacer
Frondebat Hortus, ſenſit arbuſti ſolum:
Regíq;, (478) quidquid ſtirpis oleoſæ fuit,
Clam geſtiens, inflexit unanimes comas.
At ipſe, quôvis frutice, Rex, quôvis thymô,
Humiliùs (animô ne pedes abluderent),
Reverente primùm flexa ſubmiſit ſitu
Genuâ; docens; IN HOMINE, ſe ſubdi DEO.
Mox omne rigido corpus adſternens ſolo,
Pronôq; ſilices ore, fronte, oculis, premens;
Clamare, miſtâ fletibus, (479) cœpit prece:
PATER alme (blandiore quô namq;, ô, PATER,
Leſſos tot inter, ordiar moduli organô?)
Ingenite Genitor! Prolis æternæ ſator
Æterne! gnati ſupplicem ſume Hoſtiam!
Et da, litare; (480) ſeu det Hôc Clivô (481) ſuum,
Seu potiùs Aliô, (482) prodigendum SANGUINEM.
Heu Sanguinem! quo, quidquid eſt uſquã, & fuit,
Erítque poſthac, fæcis, ac ſpurcæ luis,
Erit eluendum. Fatus hæc; reliquum ſilens,
Interpolatô vocis alternæ ſono,
Cordis profandum conſcio ſinui dedit:

Erát.

Erátque vox immensa, MENS, vocem premens:
Ac multa Secum, pauca cum ventis, loquens.

Ætnæ Siculæ crater.

Ibi, raptus in sublime, vi, Christo insitâ,
Intuitus oculis mentis est CALICIS novam,
Et usitatis disparem formâ scyphis,
Imaginem: Fornacis ad Siculæ modum,
Flammantis Ætnæ quæ cavernosis jugis,
Margine repandô, faucibus patulis, hians
Ructante rivos Ignis ex utero vomit;
Immôque volvens sulphuris barathrô pyras,
Stygii sibi CRATERIS (483) hinc nomen parit.
Hoc specimen hausti, tunc quidem Siculis procul,
Ac Lemniis, (484) antríque Liparæi, (485) focis;
Sed, in ferace frondium-Pacis (486) solô,
Oculis videndum REGIS, & mox gutturi
Exhauriendum, Supera porrexit Manus:
CRATERA, (487) Lernâ (488) turgidum Orcinâ; & grave,
Seu sublevatu, sive gestatu, decem,
Etiam torosis, (489) POCULUM Cyclopibus.

In

In Calice passionis Christi, totius mundi delicta, modo quodam certô, sensúque Orthodoxô, luenda, ejus imaginativa facultati proponuntur: sinè experimento tamen ullo Infernarum pœnarum, reipsa subeundô.

Totius istud Orbis, & Averni, (490) capax,
Primô à Gehennæ cive terrigenâ, ultimum
Ad usque Lethês incolam; (491) scelerum lucô
Variô natabat: Intus &, fóricæ pigrâ
Redolens mephiti, tetra properabat foràs
Venena jácere Ditis; (492) &, quidquid mali,
Hecatês (493) in aula, furnus infernus coquit,
Nebulâ graveolens sulphuris, naphthæ, picis.
Strabulatur (494) illic omne pecorinum nefas:
Ibi fastus, æstus, livor, insidiæ, furor:
Illic Venus monstrosa, lenones, stupra,
Aliena teda, (495) sanguinis læsus pudor.
(496)
Ibi Numinis contemptus; occisus pater;
Pede pressa mater; pejerans os, ac manus;
Et quidquid usquam turpe patrari potest;
Et quisquis, aliquid grande patrantem fovens,
Cratére meruit ignei mergi Lacûs: (497)
Cain, (498) Gigantes, (499) Belus, (500) Elævus, Core, (501)

Cen-

Cencrésque Pharao, (502) Zambris, (503) Og,
(504) Balaam, (505) Absalom,
Achitophel, (506) Amnon, (507) Jezabel, (508)
Semiramis. (509)
Sed singulorum census hic Lémurum, quid
est?
Inire numerum gentis infernæ gregum,
Est, calculo subjicere guttatim mare.
Phlegethontis (510) amni canus invexit Cha-
ron, (511)
Non Nominum, sed gentium, immensa a-
gmina;
Quæ ficta Divûm probra, quæ mœchos Joves,
Et alia scelerum monstra, jam in flammis lu-
unt.
IBI nationes, regna, populosa oppida;
Ibi, jura calcans, omne Barbariæ solum:
Pentapolis, (512) Arabes, Medus, Assyrius, Sy-
rus,
Chaldæus, Afer, Macedo, Phryx, Grajus, Scy-
thes;
Et, quidquid asperabat Arctóus rigor, (513)
Et, quidquid incendebat Eous (514) calor;
Tum, quod cadentis-Solis in terris patet;
Tum, quod sub Austros removet Æthiopum
polus. (515)
En Ætna, (Siculâ pejor), inferni Jovis!
Crater Gehennæ! quantus & mundum capit;
Quò cuncta sceleris omnis eluvies coit:
Ubi putria capiunt stabula vitiorum feræ.

Huc

Huc confluunt; &, improbis miſtæ, natant
Pœnæ Improborum: Laqueus, (516) & mors,
ac, ruens
Super exſecranda capita, ſulphureæ Notus
Turbine procellæ tortus; &, flammā vomens,
CALICIS reorum magna PARS: (517) ſed,
PARS adhuc,
Non TOTA Calicis alvus, ac fundum. MA-
LAE
Sunt namq;, mille prompta Mala, Libidini,
Simùl hauriendа: Triſte Sodomorum merū;
(518)
Botri Gomorrhæ; fel draconínæ famis;
Dipsáſq; (519) (gnata ſimùl inextinctæ ſitis,
Simúlq; genitrix): anguis inferni lacûs;
Et, quale bufo virus Acherontis (520) vomit.
Sunt viperíni, conſciis noxæ ſibi,
Morſus, remorſus: párq; conceptis, dolor,
In ventre prunis; volvuli (521) cholicus
furor;
Uteríq;, gravidus peſte Lethiferâ, tumor.
In ore, rabies dentis, in dentem trucî
Frementis irâ: ſpuma Tænarii Canis: (522)
Ululatus atrox; ac ſuî ſemper vetus,
Sempérq; novus, at *ſerò jam* miſerans, (523)
dolor.
Hunc namq; CALICEM tota (quæ ſumma
eſt mali)
Coronat, altrix mortis, IMMORTALITAS.
(524)

DUCIS

DUCIS ista nostri (525) cuncta tunc aspectibus,
Velut in theatro quæ Videns percurreret,
In nauseam ostentata sunt. Hæc jam, suî
Gravitate solâ, grande terrorum mare
Pavido novabant pectori: non, ut levi
Obeunda mentis, per vagas umbras, fugâ;
Sed singulatim quæq;, per numeros suos,
Per capita rerum, tempus, auctores, modos,
Formásq; : sua quas cujq; vis genitrix dabat.
VIDISSE sed portenta tot, minimum fuit:
Ni simùl, ut Actor, ipse se Scenæ daret;
Supplere populi jussus immensi reos:
Et Agnus insons lúere sceleratos capros.
Namq; advolans hujc vocis ignotæ sonus,
Seu PATRIS is, seu Nuntii patrii, fuit;
CRATER hic, inquit, mistus hâc omni luc,
Pœnâq;, scelerum; núllius, contrà, Boni
Tinctus colore, dulcis aut stillâ vadi,
Ab hoc acerbæ Noctis articulô tibi,
Demitigandis PATRIS offensi minis,
Est hauriendus : quippe, solíus tuis,
Ut paribus oneri, prompta sunt animis Mala;
Quæcunq; facere potuit Alienum nefas,
Nec expiare. Tu Scelus mundi lues;
Ut eluas. Scyphũ ergò, quem cernis, bibes.
Tibi glutietur iste, Messia, CALIX;
Et Calicis hujus imma, cum muria, palus.

(526) PA-

PATRIS hæc Supremi juſſio Fatis ſedet.
ABNUERE, quod Divina frons ſanxit, nefas,
Etiam DEO, eſt. (527)

Orabat, ut, ſi fieri poſſet, transiret ab eo hora. & dixit; Abba, pater! Omnia tibi poſſibilia ſunt. transfer Calicem hunc à me. Sed, NON, QUOD EGO VOLO, SED, QUOD TU.

Marc. 14. v. 36.

—Durârat hæc ſcena hactenus:
Durârat unà REGIS animoſus Pavor:
Qui tamen in hæc, bis, ter, Patrem, Patrem unicum,
Voce invocabat flebilî; SI VIS, PATER,
Cuj ſenſa mentis cuncta ſe ſubdunt meæ,
Quam mihi propinas, ſpargere in tenues Notos,
Mephitim; (528) in auras ſparge funeſtam luem!
Sed Lêge, quam TU, non Sapor ſcribit MEUS.
Mea namq; placita, ſemper hærebunt tuis.
Acidam refugerem bibere. Tu appones; bibam.
Vellem eſſe Liber; Tu, capi: capiar! liger!
Ego, ruere Sathanam cupio; Tu, ferri: feram.
Tibi, Palma; mihi, CRUX, rhamnus (529) eſt: rhamno alliger!
Horreo Cruenta fata; Tu ſancis: placent.
At, Dira res, eſt Clavus, hinc palmas Cruci,

Et

Et indè, figens; hunc, & hunc, fodiens pedem;
Sed hunc probavit Genitor: & Genitus pro-
bet!
Pendeat! & animam prodigat quavis nece!

Et factus in agonia, prolixiùs orabat, & factus est sudor ejus, sicut Gutta sanguinis, decurrentis in terram.

Lucæ capite 22. versu 43. & 44.

HÆC proloquenti, vocis, atq; animæ via,
Jugulúsq;, stat. vis mentis oppressæ la-
bat.
Alternus animæ semipendentis furit,
Ac mortis, agon; cordis ancipiti fugâ.
Simùl, omnibus proruptus è vitæ viis
Scatebrísque succus, antra venarum rigans;
Sudore vitiat funebri, quidquid rubet (530)
A jecore vivi laticis; ex quo vis bibit,
Ac spirat, animæ (531) Sanguinis, non jam
notas,
Aut stillicidia, rore baccatô uvida;
Sed sphæricos (532) cruoris, extremus pavor,
Imbres, rotatos grandinis formâ, ciet:
Per delicati corporis patúlam cutem
Liquidos, ab omni parte, devolvens globos.
Semínece totus ergò prostratus situ,
Et ad instar ictæ victimæ plangens humum;
Quamvis, propinqui lege cum fati, gravi
Consereret acie CHRISTUS invictam manũ:

Precũ tamen, luctæq́;, lacrymarũ vadô(533)
Interfluentes, ducit in longum moras;
Ne, QUÆ coronat ſola Virtutes, labet
CONSTANTIÆ ſub fine, vis. (534) Jámque, obrutam
Limine propinquô mortis, ac ſenſim malis
Tot imparem, trahebat (ut jam vix Homo)
Animam: natante Sanguinis circùm alveô;
Lacrymísq; totô rupis infuſô pede. (535)
Cùm nec levamen voce, nec dextrâ, interim,
Aut Petrus, aut comitatus offerret Petri.

Apparuit autem illi Angelus de Cœlo; confortans eum.

Lucæ 22. v. 43. & Hebræ. 5. v. 7.

HOS, nocte victos, jámque nec minimis pares
Soporis alis, (536) ſurda proſtrârat quies.
Quam CHRISTUS oris niſus iteratâ tubâ
Diſſlare (fruſtrà heu! deſidis cuſtos gregis,)
Nil vocis hinc extorſit; auxilii, minus.
Ergò propediem tota corruerat Salus;
Inopina donec lucidi forma ANGELI
(Michaëlis, Acta vetera, quem titulô efferunt)
Adfuit ab aſtris: Aſtra ne deêſſent DEO,
Sub HOMINE pæne Stygia toleranti mala.
Hic & ipſe CALICIS, parte ſed magnâ ſuî
Levius, & unâ bajulans pondus manu;
Lúgubris adhucdum Rupis adſtratum ſolo,

Reve-

Revetente mitem dexterâ JESUM levat:
Placidôque, sed potente, patronum cliens
Affatus ore; REX! (ait), REX GLORIÆ! (537)
Qui nunc, tuâpte sponte, sepulosam hanc
humum,
Reptando, genibus vertis, ac linguâ petram
Rogitante lambis: si decet, si Tu finis,
Tremulis ministrum vocibus REGI suo
Suggerere pauca, quæ suo magnus Tonans
Mandat referri Filio; referam obsequens.
Diris quòd æstuare Cor pressum malis,
(Cor, antehac & Ditis (538) indomitum minis,)
Permittis; ut, QUI Numen es verissimum,
Non Te minùs Verum esse Mortalem, probes:
Superûm Monarchæ, quidquid hîc profers,
placet.
SIC Tartari rebelle proteritur caput;
Divinitatis tota cui summa est, Tumor.
At, destinati quòd tuis Fatis scyphi
Fæces, vel aliò fluere, vel minui, togas;
Nec hoc quidem Homine censet alienum PA-
TER;
Prætérq; fas, MALI horrot, ac studium Boni;
HUMANA sunt. Statéra sed mentis Tuæ
A libripendis (539) tota quòd Summi manu
Pendére pergat; quódque non illud velis,
Quod velle malles, sed, quod attetulit Pater:
Id ille gestîs pluris innumeris facit;
Talíque lætus Prole, licèt omnis sui,
Relabetetur Orbis, in Nihili scrobem;

Supereſſe te vel Unicum, jam ſat putat.
NOTA vera veræ Sobolis eſt, *Patri obſequi.*
Diſpelle curas igitur; ac ſolidum gere,
Contra procellas imminentes, pectus. I,
I, domitor Orbis, obvius vento, ac mari;
Velut ipſe quondam, pedibus, ac nudâ fide,
Terere paventem maria, docuiſti Tuô
Præeunte, PETRUM frangere timores, pede.
(540)
Et hîc, Pavorum Bella ſunt. pugnam occupa!
Hanc QUISQUIS odit fugere, prior Hoſtem fugat.
MORTEM ferendo, mortis & Palmam feres.
Veteres ad animos igitur, ac nervos, redi:
Frontem ſerena: luminum diduc nitens,
Quod & Angelorum recreat intuitum, Jubar.
Si, SOLUS, ac mortalis auxilii manu
Spoliatus, hâc te manticâ miſerum putas;
AH, minima pars eſt roboris, quidquid Caro eſt.
FACILE carebit Homine, qui tegitur DEO.
Quam Terra non fert, Aſtra tibi portant, opẽ.
Stant, tute quod ſcis, hujus in ſylvæ ambitu;
Stant, expedita Regis ad nutum ſui,
Duodena pluſquam claſſici ſuperi agmina:
(541)
Agmina, Quiritûm (542) quanta duodenæ pari
Æquare nunquam pedite Legiones queant;
Nec provocare fortium cuneis virûm,

At;

At; *Amarus* (inquis) iſte, nec ſolitæ *Calix*
Capacitatis, miſtus eſt umbrâ Stygis,
Uteríque quiddam ſimile Tartarei gerit:
Vincula, flagella, ſpineum Sertum, Crucem,
Et, omnibus quod gravius his Senſus puret,
Patrem-ſeverum; (543) proximos, ſtantes procùl: (544)
At propiùs, Hoſtes: Adde, Latronum duces. (545)
Damus hoc. SED, en! Ut Solis, è nocte horridâ,
Recentis-Ortûs major, ex contrario,
Eſt nitor, & oris forma; ſic *Virtus*, malis
Attrita multis, lumen uberius jacit:
Quædámque *AB UMBRIS* acriùs *GEMMÆ* (546) micant.
Et *Tu* prŏin', SOL cœlitum, quò jam Heſperó
Obſcuriore merſus es, tantò ſtatim
Auguſtiore te redúces Phosphorô: (547)
Lætis recurres, ac triumphabis, rotîs;
Majore ſurgens gloriæ pompâ novæ.
Tecum reſurget Orbis; ærumnas Homo
Exuet; Olympi (548) creſcet ingens Regia;
Decreſcet Orcus; (549) fiet Idolum cinis:
DEUS Unus erit; & Una, tu, mundi Salus.
Poſt ergò tanta gentis, & noſtræ, & tuæ,
Momenta rerum, ſordet etiamnum CALIX?

Meminiſſe, REX, digneris undarum MA-
RÆ; (550)
Quas, ut malas, Iſacia (551) gens faſtidiit;
Quas dipſadum (552) fors ipſa fugiſſet Sitis,
Hoc, & cicutæ triſtius ſuccô vadum,
Guſtúque, Scythicis facilè par abſynthiis; (553)
Veteris tamen ſtirps nemoris, ex ævo latens,
Indice DEO reperta, truncásque in trabes
Diſſecta, ſimulac gurgitem tetigit pigrum,
Dulcis medullæ reddidit ſapidum indole:
Ut jam hujc ſuis nec Hybla certaret favis,
En, nemus & hîc! en, Chriſte, lacrymarum
Lacus!
Funébris Horæ miſtus aconitô, *Calix.*
At ibidem, & ARBOR! inclytæ Cedrus CRU-
CIS,
Quæ fatus ore Genius ambroſiô, ſimùl
REGI miniſter alterâ flenti ſcyphum;
Crucis, ingerebat alterâ, ſtirpem manu:
Immitte Ligni hoc (addit) his humeris o-
nus!
Immitte tot, quos pateris, horrorum mari;
Et perfer. At, quid dico? me & mutô, feres;
Tuômet omnem Solus arbitriô (554) hoſtiam,
Salſámque, vitulus typicus, (555) obiturus mo-
lam. (556)
CRUX, dulce lignum, (557) melle vel Mor-
tem imbuet.

Chri-

Christus in mortem vadit: nobis relinquens exemplum. 1. Petri. 2. v. 22.

Hæc fatus, arces Aliger superas petit:
A Monte, contrà, rector Aligerûm redux
Inhospitali; Montis alterius parat
Se, diriori, ac putrido craniîs, jugo. (558)
Huc tendit, inter armas, laternas, faces, (559)
Furiásque tetræ gentis, haud unam in necem:
Animô tamen nil territô; plenô DEI;
Plenô, seipsum concitantis, Spiritûs.
Propinat autem fellis hunc acidi scyphum,
Etiam cuïvis ultimô, nostrûm, die;
Exhauriendum, fæcis ad fundum infimum.
Cratera Christi quisquis exspirans bibet;
Ebrius, Avernum sternet, hôc parariô. (560)
Hanc, hanc, nec aliam, quisquis hâc vitâ emigrat,
Sibi nôrit esse, lege decretam, vicem:
UT, Amara quisquis fûgit hîc, Alibi bibat;
Cœlestis exin' usquè cellæ abstemius.
Nemora proïn, Hortósque, sinè CHRISTO sequens;
Suîs ab Oleis nulla, bacciferæ Spei
Trapetô (561) opima, lucra, sed amurcam, leget.
Stat firma Lex: ID quisque, quod sevit, metet.
(562)

In Librum I.

Antiquitatum Angelicarum Novi Testamenti Testimonia, & Obſervatiunculæ.

I. (1) **Sæcularis**, *ſeu* **Unius-Sæculi**, **circulus** *Solaris; eſt cyclus Centum annorum.* **Decies autem Quaterna Sæcula**, *Quadraginta ſunt ſæcula, ſeu* 40. *centuriæ annorum. Tot evolutæ ſunt, à Condito mundo, usque ad Chriſtum conceptum, ac natum: hoc eſt*, 4. **millia annorum.** *quibus tamen adjice* **Quinquaginta duos** *præterea* **Annos**: *è Jacobi Saliani ſolerti Chronotaxi, Annalium tomô 6. in Ann. Cæſaris Octaviani Auguſti* 42. (2) *Hiſpanicum, Occiduum, & aliter Heſperium mare.* (3) *Lunam.* (4) *Tam densis (ait ſacer Scriptor Exodi 10. verſ. 21. & ſeqq.)* **ut palpari poſſent.** (5) **Venit lux in mundum,** *ait Chriſtus Nicodemo, de ſeipſo. Joan. 3. v. 19. Et S. Matthæus, c. 4. v. 16. de eodem Chriſti in mundum adventu;* **Sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis,** *ex Iſaiæ 9. v. 2.* (6) *S. Joan. epiſt. 1. c. 2. v. 18.* **Filioli; Noviſſima Hora eſt.** *&c. de Antichriſtianis temporibus loquens.* (7) *Chriſtum, ſeu, Verbum-incarnatum,* **Virum-orientem** *dici ab utroque Zacharia; monſtravi ad libr. 3. ſuprà, in Zachar.* (8) *Oræ Judaicæ, & Galilææ regionum: quæ & in nocte, lucis ta-*

cis tamen aliquid habebant. De *hac voce, quod satis esset, adnotavi, ad libr. 3. suprà, ex Horatio.* (9) *Illud Isaiæ 19. v. 1.* **Ecce, Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum.** *&c. exponunt Commentatores aliqui, nec vulgares, & in hoc caput Is. & in 2. Matthæi, de B. Virgine, cum puero Jesu in Ægyptum fugiente. Illud quoque Isaiæ cap. 45. v. 8.* **Rorate Cœli.** *&c.* **& Nubes pluant Justum:** *eodem spectat, ac respicit.* (10) *Aggæi c. 2. v. 7. & 8.* **Adhuc unum modicum est: & ego commovebo Cœlum & terram: & veniet Desideratus cunctis Gentibus:** *Messias videlicet.* (11) *Psalmô 138. v. 12.* **& Nox, sicut Dies, illuminabitur.** (12) *Isaiæ XI. v. 9.* **Repleta est terra** (*sub lege Gratiæ Evangelicâ*) **Scientiâ Domini, sicut Aquæ Maris operientes.** (13) *Claudius Ptolemæus Alexandrinus, astronomus, & geographus, auctor Almagesti, & aliorum voluminum, ad Geographiam spectantium.* (14) *Per synæresin; Senecæ, in tragœdiis, frequentem.*

II. (15) *Limbô, quo, per hemicyclum horizontis, Aurora cœli marginem pingit.* (16) *Ab orbis ortu, usque ad exortum Christi, fluxisse annos 4052. paullò suprà jam adnotatum est.* (17) **Pharos,** *Ægyptiæ Insulæ turris, ejusdem cum ipsa nominis, suspensam in summo sui, lampadem navigantibus noctu, ostentabat. Adnotatum & superioribus libris est.* (18) *Exodi 19. v. 16.* **Cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura** (*super Sinam, Arabiæ montem*) *&c. Cap. quoque 20. v. 18.* **Cunctúsque popu-**

populus videbat voces, & lampades. &c. (19) *Joannis Baptiſtæ, præcurſoris Domini.* (20) **Erat Joannes** (*baptiſta*) **lucerna, ardens & Lucens,** *ait Chriſtus. Joan. 5. v. 35.* (21) *Judææ, (cujus, jam ab antiquiſſimis temporibus, appendix erat, etiam terra tribûs Beniamin; ut, quæ, ſciſſô per Jeroboamum regnô Salomonis, ſola ex omnibus cæteris, tribui regnóque Judæ immanſerit) copiam fuiſſe palmarum arborum; teſtatur Jericho,* **urbs Palmarum** *dicta: ut ad lib. 2. in Joſua notavi. Sub Herode verò Aſcalonitâ, etiam Samariæ-regnum fuit. Hujc autem & ipſi,* **palmarum** *nemora aſſignat Actius Syncerus l. 2. de Partu Virginis, dum canit* ——

ſparſámque jugis Samaritida terram Palmiferis &c. (22) *Herodem Magnum, ortu, non Judæum fuiſſe, ſed patrem ejus Antipatrum, Aſcalonis civem, adeóque Philiſtæum; matrem Idumæam, ex Edómi, hoc eſt, Eſau genere fuiſſe: dixi alibi ſæpiùs; & noviſſimè ad libri 3. initium.* (23) *Annus enim Chriſti concepti ac nati, erat idem & regni Herodis jam 39. unô minùs, quàm Quadraginta. ætatis autem 71. Salianum vide. Regnabat autem violentiâ Pharaonicâ, regis illius Ægyptii: quem poëticè* **Pharium**, *ab Ægypti inſula illâ Pharo, dicimus. Vide caput Exodi 1. &c.* (24) *Ità precabatur & hymnus quidam, Eccleſiarum ſaltem Germaniæ, antiquus, per Adventum.* **Veni, redemptor gentium; Oſtendat partum Virginis: Miretur omne ſæculum. Talis decet partus Deum.** (25) *Uncinus, præter cætera, ſignificat etiam inſtrumentum ligneum, aut*

ferre-

ferreum; in parte anteriore recurvum, quo poma arborum attrahuntur. Amos 8. v. 1. **Hæc ostendit mihi Dominus Deus. & ecce! úncinus pomorum!** *&c. Talis* **Uncinus** *erat, veteris Romæ* **rapacitas** *insatiabilis, ad se omnia* **poma desiderii sui,** *id est,* **regna,** *trahens: ut regi Parthorum Arsaci rex Ponti Mithridates fusè querebatur, apud Sallust. l. 4. historiar. Porrò vocis hujus penultimam produci, monet J. Sinapius: sed, contrà torrentem. (26) Zachariam cum Elisabetha habitâsse Hebróne, urbe tribûs Judæ, aut ad eam proximè; ubi antiquitùs illa* **Mambre quercus** *sita, stabat etiamnum ævô Zachariæ: sentit Cæsar Baron: annal. tom. 1. Apparat. c. 44. n. 76. ut & Adrichom. in Juda. num. 243. (27)* **Anniversarium Autumni tempus redierat:** *idque, circa æquinoctium; quo Sol libræ signum ingreditur, in Zodiaco. (28)* **Libræ** *namque signum, dominatur tempore anni illo, quod interjicitur inter Sirium, seu, Julii & Augusti ferventem Caniculam; & inter Signum Scorpionis, quod Octobris partem occupat. (29)* **Scenopegia,** *seu* **Festum tabernaculorum:** *quod lex Moysis, à populo quotannis celebrari, præcipit; additâ quoque caussâ, & modô celebrandi, Levitici 23. v. 34. his verbis.* **A Quintodecimo die mensis hujus Septimi, erunt Feriæ Tabernaculorum septem diebus Domino. & septem diebus offeretis holocausta Domino, dies quoque octavus erit celeberrimus atque sanctissimus. &c.** *Infrà deinde v. 39.* **A quintodecimo ergò die mensis se-**

ptimi, celebrabitis ferias Domini ſeptem diebus, Die primô, & die octavô, erit Sabbatum, id eſt, requies. Sumetísque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulásque palmarum, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente: & lætabimini coram Domino, Deo veſtro, celebrabitísque ſollemnitatem ejus ſeptem diebus per annum. Legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. Menſe Septimo feſta celebrabitis: & habitabitis in Umbraculis ſeptem diebus. Omnis, qui de genere Iſraël eſt, manebit in tabernaculis: ut diſcant Poſteri veſtri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Iſraël, cùm educerem eos de terra Ægypti, *per deſertum Pharan 40. annis. Porrò, circa* feſtum *hoc* Tabernaculorum *accidiſſe Gabrielis apparitionem hanc; eôque abſolutô, Conceptionem S. Joannis baptiſtæ: computatio menſium evincit, retrò ducta à 24. die Junii, anni, quo natus eſt S. Joannes, per menſes 9. quibus fuit in utero.* (30) Per *deſertum Sinai, & Pharan.* Sina *autem* (*ait S. Paulus 4. ad Galat. v. 25.*) **mons eſt in Arabia.** (31) *Sæpe namque deficiente copiâ tignorum validiorum; locô fulcri, vallium-arundines cogebantur ſuſtentare tentoriorum tegumenta.* (32) *Umbracula è frondibus, & ramis folioſis ſylvarum.* Unde Scenopegia, *tabernaculorũ feſtum. græcè,* σκηνοπήγια, ων, τὰ: & *in fœmin. quoq;* ἡ σκηνοπηγία, ας. Zachar. 14.

τῆς

τῆς σεμνοπηγίας ἑορτή. (33) **Verbum Patris æternum,** *Zacharias sacerdos invocat, (ut aliquando tandem in Carne veniat) de quo Pater æternus ait, psal. 109. v. 3.* **In splendoribus sanctorum, ex Utero, ante luciferum genui te.** *(34) Stella,* **lucifer** *latinis dicta : quia, manè summô exoriens, lucem diurnam reportat è vicino.* *(35) Hic, & sequentes Senarii complures, Vota exprimunt* **Antiphonarum ad Canticum Magnificat,** *septem diebus, Vigiliam Nativitatis Domini præcedentibus. quarum prima est,* **O Sapientia, quæ ex ore Altissimi prodiisti.** *altera,* **O Adonai, & dux domûs Israël.** *tertia,* **O, radix Jesse! qui stas in signum populorum.** *Quarta,* **O Clavis David, & sceptrum domûs Israël; qui aperis, & nemo claudit; claudis, & nemo aperit,** *(ex Apocal. 3. v. 7.) &c. Quinta.* **O, Oriens, splendor lucis æternæ.** *Sexta.* **O, Rex Gentium, & desideratus earum.** *Septima,* **O, Emmanuel, Rex, & legifer noster.** *Legi hæ possunt integræ, Romano in Breviario, aut Diurnali, post Dominicam Adventûs tertiam positæ. Et tales erant, pro adventu scil. Messiæ, & non jam pro impetrandô filiô, Zachariæ ad Deum preces; quas affirmabat, à Deo susceptas, Angelus; cùm Seni diceret,* **Exaudita est deprecatio tua.** *nam ad expletum Adventûs Messiæ desiderium ordinabatur etiam ortus, præcursoris Messiæ.* (36) *Israëliticæ domûs, & gentis : quæ, sicut ex Abrahamo, sic & è Sara, uxore ejus*

primâ, & primariâ, descendebat, per Isaacum. Genes. 21. (37) Eorum, qui è Davide orti sunt, regum, ducum, aliorúmque posterorum. **Davidis** porrò syllabam primam, ac secundam, etiam correptam reperias, apud Poëtas probabiles; non sanè veteres & classicos (ut, qui Davidem totum ignorârint); apud Christianos tamen accurati versûs: unde patronymicum plurale **Davididæ, arum**: sicut **Isacidæ, arum**, &c. similia. Quòd enim prima **Davidis**, & **Davididûm** (pro Davididarũ) syllaba, ideò cuipiam breviari nequire videri fortasse possit, quia Græca diphthongus αυ videatur esse; id nihil est: cùm **David**, vox sit Hebraica; scribatúrque etiam à Græcis, Δαβὶδ, non δαυὶδ. Ex quo pariter, & eâdem operâ, colligas; etiam secundam syllabam vocis istius, naturâ non esse longam (nam alioqui circumfleteretur, Δαβῖδ), sed potiùs brevem. Quòd verò vulgò Davídis pronuntiemus, & non Dávidis: habetur in ea re, non **Quantitatis**, sed (ut in multis aliis) **accentûs**, & **consuetudinis**, etiam in versu, ac poësi, ratio. **Fundamentum** autem, corripiendi secundam syllabam, est; quia & apud Hebræos est, i, breve, quippe, Chiric catòn. At prima, in **Davide**, de Jure producenda esset: quia apud Hebræos, illud A, est **Camets**, hoc est, A longum naturâ. Unde, qui primam corripiunt; eos, necesse est, cum Pátach eam, hoc est, A brevî, legere; non cum Camets. De hac voce tamen vide & Emmanuelem Alvarum, doctè scribentem, in Notis ad Incrementum I, nomi-

num

rum tertiæ declinationis, lib. 3. (38) **Turris specu-latoria:** *qualis, ad Alexandriam Ægypti, Pharos erat.* (39) *Matth. 1. v. 23. de Jesu puero.* **Voca-bunt nomen ejus Emmanuel, quod est inter-pretatum, Nobiscum Deus.** (40) *Totius populi Israëlitici.* (41) *Ità precabatur, & optabat, etiam S. Isaias, cap. 64. v. 1.* **Utinam dirumperes cœlos, & descenderes! A facie tua montes defluerent.** *&c.* (42) *Sic ipse Zacharias orat, in Cantici sui pe-nultimâ strophâ apud S. Lucam. c. 1.* (43) *Isto ver-bô exprimit Spiritum sanctum, etiam Jacobus Sanna-zar. l. 1. de Partu Virginis: dum ejus influxum in SS. Virginem, quam in Conceptione Christi obum-brabat, describit.* (44) *Deô repletum: in Deo quasi natans.* (*vox est, etiam Senecæ tragœdi, Medeæ Act. 3. v. 3.* **Incerta qualis** *entheos* **gressus tulit, Cùm jam recepto Mænas insanit deô.** *&c. & alibi. At* **Zacharias repletus** (*postea saltem*) **Spiri-tu sancto,** *Luc. 1. v. 67.* **prophetavit:** *& antea jam* **Justus ante Deum,** *Luc. 1. v. 6. gratiâ Dei, adeóque & Spiritûs Sancti, non caruit.* (45) *Com-paratur hôc loco, Atrium, & arx Impietatis, occu-pata ante Christum Incarnatum, à Sathana,* **forti Armatô,** (*Lucæ XI.*) *& principe hujus Mundi: comparatur, inquam,* **Trojæ,** (*quæ & Ilium*), *muni-tissimo adversùs omnem Græciam, & regem Aga-memnonem, propugnaculo: quod adulter Paris, cum adultera Helena, & Priamus Hectórque, adultero-rum defensores, insederant.* (46) *Matthæi XI. v. 29. ait Christus;* **Tollite Jugum meum super vos.**

vos. &c. Jugum enim meum (*addit* v. 30.) ſuave eſt, & onus meum leve. (47) *Joan. baptiſta, naſciturus : cùm ſuô tempore cœperit concionari ; ut Matth. & Lucæ* 3. *& Marci, ac Joannis* 1. *fecit.* (48) Eò, quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, *ait S. Lucas c.* 1. *ideò non erat illis filius. v.* 7. *Adde:* quòd ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. *ibid.* (49) *Jo-annes enim* Dei gratiam, Dei donum, Dei miſerationem, *ſignificat. Cornel. vide, in cap.* 1. *Lucæ.* Pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus, Joannem. *v.* 13. *&* 14. (50) *Poſt* novem *à Conceptione menſes : quod eſt naſcendi legitimum, ordinariúmque, tempus. Nam, quod in Pollione Maro dicit, Matri* Longa DECEM *tulerunt* faſtidia *menſes; extraordinarium, & illi parvulo, & nonnullis aliis, fuit. Et ideò matribus eorum prælonga, moleſtdque, mora viſa fuit.* (51) *In* lætitiæ *quaſi* triumphalis *cantilenas prorumpent montes, ac valles ; cùm* ſuper omnia montana Judææ divulgabuntur *mirabilia, nativitatem Joannis comitatura.* (*Luc.* 1. *v.* 65.) *q. d.* Tunc exultabunt omnia ligna ſylvarum. *pſal.* 95. *v.* 12. *& Iſaiæ* 55. *v.* 12. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem: & omnia ligna regionis (*Judææ*) plaudent manu. *Sed, recedendo ab allegoria ; vaticinatur hîc Angelus Zachariæ, quod c.* 1. *Lucæ v.* 14. *ponitur.* Et erit gaudium tibi, & Exultatio: & multi in nativitate ejus Gaudebunt. *Porrò* Melos, *Græcè τὸ μέλος, εος, hôc locô accuſativus,*

hymnum

hymnum *significat, aut* modulationem articulatæ, humanæque *adeò*, vocis: *usurpatúrque etiam ab A. Persio, latinissimô poëta, statim in primo Satyrarum limine: ut & alibi jam adnotavi, eodem hôc opere.* (52) **Erit tibi gaudium & exultatio.** *Luc. 1. v. 14. suprà.* (53) **Eliæ** *prophetæ: quem, ut Carméli montis eremicolam, sic Ochoziæ regi suo, emissarii illius, depingunt 4. reg. 1. v. 8.* **Vir pilosus** (*est*), **& zonâ pelliceâ accinctus renibus.** *De Joanne verò prædicit Gabriel. Luc. 1. v. 17.* **& ipse præcedet ante illum in Spiritu, & virtute Eliæ.** *&c. de quo plura adnotavi suprà, ad libr. 3. post Exordium libri.* (54) *Ibidem quoque egi de raptu Eliæ in cœlum aërium, in equis, & curru, rotisque, igneis: è 4. reg. c. 2. per totum. quod vide.* (55) *Bibit enim Elias, è torrente Carith, 3. reg. 17. v. 5. Bibit è pluvialibus aquis, aut certè è Cisóne torrente. cap. 18. v. 40. bibit è vase, vel lagenâ, Angeli. cap. 19. v. 6, biberat & ex hydria viduæ Sareptanæ, 3. reg. cap. 17. v. 11. Sed nihil aliud, quàm ubique* **Aquam.** *Imitatus hunc Joannes est, sylvestri fonte potatus, & Jordane.* (56) **Vinum & siceram non bibet.** *Luc. 1. v. 15.* (57) *Cl. Claudiani, præstantissimi poëtæ, facilèque multis veteribus certaturi, vox est. l. 2. rapt. Proserp.* **Dixerat. ille, novô** *madidantes* **nectare pennas Concutit.** *&c. Joan. Sinap. exponit,* **madefacientes,** *non,* **madentes.** *sicut, à Solidus, solido, as, are,* **Solidantes** *nascitur.* (58) *E fervore concionandi, & ipsius Solis æstu diurnô; sub quo S. Joannes stans, concionaba-*

nabatur ; conceperant fauces ſitim. (59) **Pentápolis** *regio eſt , in qua ſteterant olim 5. urbes illæ, Sodoma,Gomorrha &c. nunc autem* **Mare mortuum** *jacet,in quod aquæ Jordanis tandem influunt ; & ibi quodammodo commoriuntur. Adrichom: vide, in Juda. Sententia igitur horum verſuum eſt : S. Joannem baptiſtam , quantumvis Concionibus ſuis æſtivis calentem , ac ſitientem , aliud nihil eſſe bibiturum, quàm Aquam : nec Aquam tunc aliam,quàm è Jordane petitam.* (60) *Hujus , & proximè præcedentis versûs , vaticinium impletum fuiſſe ; teſtata poſtea fuit Eliſabeth : beatiſſimæ Virgini narrans , Luc. 1. v. 44.* **Ecce enim,ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis ; Exultavit in Gaudio infans in utero meo. Autographus S. Lucæ textus ait,** ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει **τὸ βρέφος ἐν κοιλίᾳ μου. exſiliit in geſtiente lætitia. &c.** (61) *Angelus Zachariæ dixit. Luc. 1. v. 17.* **Ipſe præibit ante illum (***Chriſtum***). &** *de filio Zacharias, ejus pater, ibid. v. 76.* **præibis antè faciem Domini, parare vias ejus.** (62) **Et multos filiorũ Iſraël convertet ad Dominum Deum ipſorum.** *v. 16. & Marci 1. v. 5.* **Et egrediebatur ad eum(***Joan. baptiſtã***) omnis Judææ regio, & Jeroſolymitæ univerſi.** *Quod Herodes quidem Antipas (ſi Joſepho Flavio credimus Antiq. Judaic. l. 18. c. 7.) , per calumniam, traxit in ſuſpicionem, & periculum concitandarum ab eo ſeditionum. Illi autem, revera, non niſi baptizabantur;*

con-

convertebantur ad meliora ; peccata confitebantur, Marci 1. v. 4. & 5. (63) **S. Gabriel,** *à Deo missus, ut hæc Zachariæ præsagiret.* (64) *Zachariæ, provectæ jam ætatis viro. Luc. 1. v. 7. & v. 18.* (65) *Allusum ad illud psal. 102. v. 5.* **Renovabitur, ut Aquilæ, juventus tua** (66) *Albis, & canis capitibus : Zachariæ scil. & Elisabethæ. Ovid. l. 4. Trist. el. 7.* **Jam mea cygnæas imitantur tempora plumas: Inficit & nigras alba Senecta comas.** (67) *Primus Senarii hujus pes,* **Proceleusmaticus.** (68) **Arbor,** *& præcipuè* **Malus,** *tractûs Pentapolitani, seu* **regionis ad mare mortuum ;** *ubi Sodoma quondam, & Gomorrha : cujus fructus, ac pulpa fructuum, intus putida est : quia (ut dicitur Sapient. 10. v. 7.)* **in testimonium nequitiæ Sodomæorum. &c. fumigabunda constat deserta terra. &c** *de qua re pluribus egi, decad. 1. Ruinar. in Ruina Pentapol.* (69) **Citria** *mala, eorumque arbores, sub nomine* **Medicorum pomorum** *describit Virgil. l. 2. Georgic.* **Media fert tristes succos. &c.** (70) **Sacerdos:** *nempe, Zacharias.* (71) **S. Gabriel;** *Dei nuntius, ac legatus.* (72) *Hôc locô,* **ponderator** *est : aut, Qui ponderibus, num justa sint, examinandis præest.* (73) *Sacræ Scripturæ libri.* (74) *Juxta illud Isaiæ 28. v. 18. & 19.* **Flagellum inundans cùm transierit, &c tantummodo sola Vexatio intellectum dabit auditui.** (75) **Sacerdotem Dei,** *Zachariam : qui non solùm* **Mutus,** *sed &* **Surdus** *factus est. alioquin enim, cur Lucæ 1. v. 62.* **Innuebant ei,** *& non potiùs alloque-*

quebantur eum, quem vellet vocari *Infantem circumciſum: ſi pater tunc auditu prædituſ erat?* Infidelitas, *inquit S. Ambros.* affatum ei eripuit, & auditum. unde nutu interrogatur.(76) Ego, quos amo, arguo, & caſtigo. *Apocal. 3. v. 19. Et ad Hebræos 12. v. 6.*, Quem diligit Dominus, caſtigat. flagellat autem omnem filium, quem recipit. (77) *Joannes in utero. Luc. 1. v. 41.* (78) *More Olympionicarum; quibus & in ſtadio contendere pedibus, propoſitum, & injunctum erat. de quo dixi Decade Ruinarum 3. in* Olympionicis. (79) *In circumciſione S. Joannis* (*Luc. 1. v. 39.*) *in qua præputii pellicula abſecabatur.* (80) *Poſt annos* 30. Luſtrum *enim Romanis dicitur, etiam tempus 5. annorum. Ovid. l. 4. Triſtium, de morte ſui patris nonagenarii:* Et jam complêrat genitor ſua fata; novémque Addiderat luſtris altera luſtra novem. (81) *In turre ſcil. caſtri* Macheruntis: *ubi decollatus fuit S. Joannes bapt. ut tradit Flav. Joſeph. l. 18. antiqq. c. 7.* (82) *Joannes namque, præcurſor Chriſti, fuit illius, qui* Sol *eſt* Juſtitiæ, *quodammodo prævia* Aurora: *ut hujus libri Partitione. 2. dixi.*

III. (83) Tu, ad liberandum ſuſcepturus hominem; non horruiſti Virginis Uterum, *canit Hymnus SS. Ambroſii, & Auguſtini.* (84) Galilæidæ, árum, *pro* Galilæi, orum, *patronymixῶς, ſicut* Romulidæ, árum. *Dardanidæ, arum: Pelasgidæ, arum; Gangaridæ, arum.* Macha-

chabæidæ, árum. Borysthenidæ, árum. *Propert. l. 2. el. 7. & similia alia. Porrò, ad Nazarethum urbem quod spectat: sita hæc erat, in Galilæa, ad Occidentem versâ, inter montes,* Táborem, *qui Orientem respicit,* & Carmélum *Phœniciæ, qui Occidentem versùs hodiéque conspicitur; mari imminens, & scopulosus. Vide Topothesiam Palæstinæ, in tribu Zabulónis.* (85) Mari: *cujus Dea credita* Thetis *erat.* (86) *Vide notã, quæ proximã antecedit.* (87) *Is fons erat ad finem urbis; unde Christus puer sæpe matri aquam attulisse creditur. Adrich. in Zabul. n. 73. Posterô verò ævô duos ibid. fontes fuisse, tradit hodœporicũ Germanicũ Stephani Gũpenbergii, in fol. die 20. Januarii. De cæteris vide ibid. & Adrichom. in Zabulone, V. Nazareth, circa hæc, & horum similia.* (88) *Si enim per* tsade *scribatur Nazareth, significat* Floridam. (89) *Horatius l. 4. Carmin. od. 3. in asclepiadèo.* Donatura cycni (*pro cygni*), si libeat, sonum. *Emmanuelem vide l. 3. de Muta & liquidâ, Appendice 3. & Jacob. Gretserum. itid. l. 3. Institut. ad mut. & liq.* (90) *Iste namque ventus, ab æquinoctiali Occasu spirans,* Veri *familiaris est.* Annuntiatio autem Conceptionis Christi *accidit,* Vere jam inchoatô. *Ovid. 3. Trist. 12.* Frigora jam Zephyri minuunt. &c. (91) *Ab* Occiduo *cœli tractu; ubi Hesperus oritur: sicut eadem stella, cùm Phosphorus est, ac diem affert, in Oriente exoritur.* (92) *Nam hic Galilææ mons, occiduo mari imminens, primus illic Zephyrum, ejúsque vim, viroris reparatricem, excipit: al-*

pestris,

pestris quidem ex parte; cæterà verò herbidus etiã, fertilis, ac nemorosus. Adrichom. in Isachar. n. 19. (93) In Zodiaco, ingressus Arietem: cujus lanam, adeóque Vellus, prisci dicebant **aureum**. Aries porrò, Martii mensis, quo conceptus Christus est, Signum est. (94) Nympha, florum habens imperium: (suprà, ad l. 1.) maximè verò, graminum, herbarum, & omnium virentium. χλωρός enim, ũ, Viridis. (95) **Deæ-Generationis**, & propaginis. Est verò **Zephyrium**, Ægyptii maris promontorium: à quo Venus, atque etiam regina Ægypti, **Arsinöe**, dicebantur, **Zephyritis**, idos. (96) **Tyrio**: Tyrus enim, & **Sarra** dicebatur. hinc, **Sarránus**. & **purpura Sarrána**, purpura erat **Tyria**. (97) Hôc pronuntiãdi more lectio bibliorũ vulgata semper utitur, pro Græcanica Jerichus, untis. Jerichũtis porrò ager omnis erat florum feracissimus: & post hunc, Nazarenus. (98) Pro **tugurii**. Virgil. eclog. 1. **Pauperis & tuguri congestum cespite culmen**. (99) Beatissima Virgo Maria, Joachimi & Annæ filia: ut ostendi Decade 3. in Ruina Domûs Davidicæ. De Quantitate vocis, **Maria**, nulla difficultas esse potest, scientibus, à Christianis poëtis syllabam 2. produci quandoque solere, ut pronuntiationis **consuetudini** serviatur, & quantitati Massoreticæ **Mirjam**: nonnunquam autem (ac ferè sæpius) corripi; præeunte Christianos, etiam Claudiano ethnicô: in Epithalamio Honorii & Mariæ, Stiliconis filiæ, Christianæ sanè Virginis: quæ, morte intercepta, ad ma-

trimo-

trimonium consummatum non pervénit. Cuj tamen per prolepsin apprecatur hic poëta. Sic uterus crescat Mariæ! sic, natus in ostro, Parvus Honoriades genibus considat avitîs. *Et ibid. sæpiùs. In asclepiadeo quoque:* Formosus Mariam ducit Honorius. *Mamercus item in Hexametro,* Angelus alloquitur Mariam. &c. (100) *Postulabat enim Diva Anna, unà cum marito suo Joachimo, enixè prolem à Deo. S. Epiphanius, Orat. de laudibus Virginis, sub initium.* Joachim, & Anna, gratiam acceperunt; ut, accedentibus precibus, talem fructum germinarent. Joachim siquidem precabatur in monte; & Anna, in horto suo, &c. (101) *Nulli viro,* ad explendam voluptatem conjugalem; *vulgo uxorio cæteroquin expetitam. S. Bernard. ser. 2. de Adventu.* Sine omni humano floret adminiculo. (102) *Legens præsertim Isaiam prophetam: & inprimis, caput X. & XI. sicut pii meditantur, ex probabilissimâ, seu conjecturâ, seu traditione.* (103) *Quæ Proverbior. c. 8. à v. 22.* Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequam quidquam faceret, *usque ad v. 14. inclusivè, de* Sapientia *leguntur; ea,* in sensu Accommodatitio, *certô pioque modô, applicantur etiam Beatissimæ hujc Virgini à S. Ecclesia Catholica: præsertim festô Nativitatis, in Lectione, locô epistolæ: & in Præsentatione, ac Conceptione.* (104) *Stellis poli Septentrionalis, seu Borealis: quibus & Arctúrus connectitur. de quo Job. c. 9. v. 9. & Amos. c. 5. v. 8.* (105) *Ut impleatur,*

atur, *quod Baruch prædixit cap. 3. v. ult. de Verbo Æternô, seu, Sapientiâ æternâ (2. personâ SS. Trinitatis) loquens :* **Post hæc, in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.** (106) **Janua Cœli**, *in Litan. Lauret. dicta.* (107) **Superbia** *proindè non temerè dicitur hoc vitium, quasi,* **Suprà ire,** *vel* **supra Se ire:** *ait Dominicus Nanus Mirabellius, in polyanth. V.* **Superbia.** (108) *Vehiculorum omnium minimè strepit* **traha,** *seu carpentum: quia rotis caret. Virgil. 1. Georgic. per epenthesin interpositô, e,* **tráheam** *vocat.* **Tribuláque, traheæque, & iniquô pondere rastri** (109) *De* **fenestra,** *aut valvis, per quas venisse Angelum ad Beatissimam Virginem, opinio esse potest ; vide Tursell. lib. 2. hist. Lauretanæ c. 7. Illas, etsi penetratas à Gabriele, fuisse illæsas, & incoinquinatas, nullôque ne pulvisculô quidem maculatas indè ; certum est.* (110) *Quippe, instante jamjam diluculô, apparens.* (111) *Erat enim B. Virgo orationi, seu meditationi sanctæ; intenta. Tursell. cit. l. 2. c. 7.* (112) **Physicè** *quoque, & non symbolicè tantùm, aliquando, haud aurô tantùm, sed & gemmis margaritisque, de cœlo pluisse, Conrad. Lycosthenes est auctor. l. de prodigiis.* **Aurea pluvia,** *in adagiis est.* (113) *Nondum Angelus MARIAM, nec in hoc carmine, nec adeò in Evangelico textu, nominârat. Ea tamen ornamenta titulósque, quos vox hæc MARIA, seu (ut Massoretæ pronuntiant)* **Mirijàm,** *sive in Syriacâ, sive in Hebraica lingua, secum vehit, plerosque, his in Senariis aliquot, delibat. Significat*

ficat enim MARIA, non tantùm Exaltatam, & aliâ dialectô, Amaritudinis-mare; quas duas notiones ponit Interpretatio nominum Hebraicorum Latina, bibliis vulgatæ editionis subjungi sueta: sed etiam, Magistram, Dominam, myrrhæ-mare, Illuminatricem, Maris stellam, & siqua sunt alia: de quibus vide Cornel. à Lapide, in caput 15. Exodi v. 20. & cap. 1. S. Lucæ. v. 17. &c. Pietatem item Marianam Græcorum P. Simonis Wagnereck, in Annotationibus. (114) Domina Cœli; in quo tunc temporis Creaturæ nullæ, præterquam Angeli, habitabant; in Novem ordines, ceu totidem habitacula, distributi. (115) Aquarum conceptaculum; omnibus hausturis propositum, & apertum. Deus autem solus, omnis gratiæ, bonique fons est originalis, & publicus. (116) In fontibus, est labrum illud patulum, aquis impletum; & sæpe conchæ formam habens. (117) Collectio aquarum ingens, extra transamnanam Chanaanitidis, ad Septentriones: à similitudine figuræ, Phiala dicitur: ampla, quasi parvum quoddam pelagus rotundum, in campestribus Medan. (118) Putantur aquæ hujus Phialæ, in campis Medan, subtus terram labi, usque in duos fontes Jor & Dan, in planitie, ad pedem Libani montis scaturientes: ex quorum rivis, postmodò conjunctis, Jordanes amnis existit. De quibus omnibus suprà, & sæpe; distinctè quoque in Topothesia Palæstinæ, memoravi. Hîc, ex occasione verborum Gabrielis Angeli, Gratiâ Plena, per symbola fontium Jordanis, & Phialæ,

Gratiarum *in* Deipara Plenitudinem *exprimimus.* (119) Perſonalitates *in divinis, Theologi Græci nominant* τὰς ὑποστάσεις ; *quas noſtri interpretantur etiam* Subſiſtentias. *&c.* (120) Spiritus *enim* Sanctus, *ſicut* à Patre Filióque procedit *(ut profitetur Symbolum Conſtantinopolitanum) ità neceſſariò à Patre pariter, ac Filio, ſpiratur. Quæ porrò 5. his Senariis ponuntur; explicatio ſunt verborum S. Gabrielis :* Dominus Tecum (121) Benedicta tu in Mulieribus ! *quæ verba & inferiùs explicantur pleniùs.* (122) *Myſterii divini.* (123) Angelo, Legato Dei. (124) *Sunt enim, qui conjiciant ; Mariæ ſuſpectam principiò fuiſſe tam amabilem Angeli ſalutationem, per voces* χαῖρε, & κεχαριτωμένη. *&c.* Ave, &, Gratiis oppleta ! (125) *In Natura & Eſſentiâ ſuâ, hoc eſt, in Divinitate.* Deus enim unus eſt (*in Subſtantia ſua*) 1. *Corinth. 8. v. 4. & v. 6.* (126) *Secundùm* Relationes divinas, & perſonas : *quæ, in divinis, tres. S. Gregorius l. 3. Moral.* Apertè hoc videbimus, Quomodo & Unum diviſibiliter Tria ſunt : & indiviſibiliter Tria, Unum. *Quidni ferrent itaque piorum aures, ſi quis, poſt iſta Gregoriana, tam expreſſa, pro* Trifidus relatu, *ſcriberet,* Trifidúsque numero eſt : *tali modo, & orthodoxè, id explicando?* (127) *Per* Unionem hypoſtaticam, *natura divina, & natura humana, convenient unam in Perſonam.* (128) *Conjunctionis perſonalis naturæ divinæ cum natura humanâ.* (129) *De hoc throno*

Salo-

Salomonico habes 2. *Paralipom. c. 9. à v. 17. Is typus fuit Beatissimæ Virg. in qua, ceu* Sede Sapientiæ, *resedit Christus, in utero; infans quidem: sed,* ecce, plusquam Salomon hic. *Matth. 12. v. 42. Vide Hieronym. Lauretum, in Sylva allegoriar. & libellum, cujus Inscriptio est,* Magnificentia Dei. *V. Thronus.* (130) Angelorum. *Incarnationis enim beneficium, ne* de congruo *quidem, illi meruerunt: minimè omnium verò, ut in Angelica natura fieret* Unio hypostatica *divinæ naturæ.* Nusquam enim Angelos apprehendit Deus (*ait S. Paulus Hebr. 2. v. 16.*) Sed semen Abrahæ apprehendit: *& hujus seminis SS. Patres*, ex congruo *meruerunt Incarnationem; Desiderando videlicet, & petendo, ait S. Thom. p. 3. q. 2. art. XI.* Beata autem (*inquit*) Virgo, dicitur meruisse portare Dominum omnium: non, quia meruerit, Ipsum Incarnari; sed, Quia meruit, ex gratia, sibi datâ, illum puritatis & Sanctitatis gradum: Ut Congruè posset esse Mater Dei. Ità *S. Thom. ibid. in corp. Alii dicunt* (*quod eodem tamen redit*) *Eam quidem Incarnationem non meruisse: Si tamen filius Dei omnino Carnem esset assumpturus; hôc positô, meruisse eam, idque* de congruo, *ex gratia sibi collatâ: ut ipsa, præ omnibus aliis, mater incarnati Verbi fieret; ob excellentiam suæ puritatis, & sanctitatis.* (131) *Orientis Indici, sive Indiæ Orientalis, mercator. Est enim & India Occidentalis; etsi* per catachrésin *sic dicta: cùm in America nullus sit fluvius* Indus. *Auroram au-*

tem pro Oriente ſumi, ſuprà monſtravi ex Marone, Æneid. 8. a. fin. Victor ab Auroræ populis, & littore rubrô. &c. (132) Cœleſte. *Olympus enim, poëtis,* Cœlum. *ſuprà ſæpe.* (133) Unio, *æquivocum eſt vocabulum. nam maſculinè poſitum, e. g.* lucidus Unio, *margaritum ſignificat: fœmininé, & ſcholaſticè,* Unitionem, *ſeu Conjunctionem; ut,* Unio hypoſtatica. *Hîc utroque ſignificatu ſumitur.* (134) *Unio ſeu margarita, fit in concha marina, ex rore matutino; cùm conchæ roſcidæ, & hianti, fulgur repentinum illabitur. Hujc fulguri comparatur* Virtus Altiſſimi, *incidens in puriſſimum & virgineum ſanguinem Mariæ; & conflans in ejus benedicto utero conjunctionem divinitatis cum humanitate. Vide Cornel. à Lapide, in caput.* 1. S. Lucæ. v. 38. §. Dico ergò. *fin. Et adde, quæ ſcribit idem Cornel. in caput* 13. *Matthæi. v.* 46. §. Porrò prima. &c. *ubi ait:* Ejus enim (*i.e. Chriſti*) deitas in humanitate, eſt quaſi margarita, in concha abſcondita; quæ ex materia Virginea, & rore Spiritûs S. concepta, prodit candidiſſima. &c (135) Margaritiferi. *baeca namque, ob figuræ ſimilitudinem, ſignificat etiam margaritam. Sic Petronio, margarita* tribacca. *Virgilio, monile* baccatum. *Æneid.* 1. (136) *Juxta illud Eccl.* Quia, quem Cœli capere non poterant, tuô gremiô contuliſti. (137) Iſaiæ *prophetæ, filii Amos. ſuprà, ad libr.* 3. (138) *E capite Iſaiæ* 7. *ſuprà* citatô, Ecce, Virgo concipiet. *Hebraicè,* Halma. *Vide Cornel. in Iſaiæ caput* 7. *v.* 14. (139) Ut in nomine

nomine JESU omne genu flectatur &c. & omnis lingua confiteatur; quia Dominus JESUS Christus, in gloria est Dei Patris. *Philippens. 3. v. 10.* (140) *Annos ætatis 30. Vide S. Lucam: cap. 3. v. 23. ubi, baptizatum à Joanne, ait, fuisse* Incipientem, quasi annorum triginta. *paullatim ergo, completô tricesimô, inclarescebat magìs ac magìs prædicatione, mirisque gestis.* Lustrum *hîc, annorum est* Quinque *spatium.* (141) *Hoc est illud, quod Christus postea de se dixit, Joan. 15. v. 24.* Si Opera non fecissem, quæ Nemo alius fecit; peccatum non haberent. *Et turbæ de eo, Matth. 9. v. 33.* Nunquam apparuit sic in Israël. (142) Nunis, *seu* Nave, *filius ille, figura* JESU *Christi: dux populi prodigiosus, in trajiciendo Jordane, in subruendâ Jerichunte, in sistendis Sole, ac Lunâ &c.* (143) *Matth. 16. v. 16. Petrus.* Tu es Christus, filius Dei vivi. *Centurio, Marci 15. v. 39.* Verè hic Homo, filius Dei erat! (144) *Ad Roman. 10. v. 20. ex persona Christi.* Palàm apparui iis. *& Christus ipse, de se, Pontifici. Joann. c. 18. v. 20.* Ego palàm locutus sum mundo: & in occulto locutus sum nihil. *& Joan. 1. v. 14.* Et vidimus gloriam ejus; gloriam, quasi Unigeniti à Patre &c. (145) *Matth. 4. v. 24.* Et abiit opinio ejus (*Christi* θαυματύργυ. *in Græco est,* ἡ ἀκοὴ αὐτῦ, *auditio ejus, & fama gestorum Christi,*) in totam Syriam: *etiam in Edessenam, & ad Abgarum, sive Abagarum, regem:*

utì Leuchtius oſtendit diversîs è Scriptoribus, librô de miraculis SS. Imaginum. (146) Davidicæ: *cujus baſis,* Jeſse. *ſuprà.* (147) *Joan. 6. v. 45.* Erunt Omnes docibiles Dei. (148) *Zachar. 2. v. 5.* Ego ero ei (*Eccleſiæ, quæ eſt Jeroſolyma allegorica, & regnum Chriſti,*) murus Ignis in circuitu. (149) Firmæ petræ, *ſuper quam magna Dei domus Eccleſia, Chriſti Regia, ædificata eſt. Matth. 7. 23. & 24. & cap. 16. v. 18.* (150) *Ut Roboámi, filii Salomonis: cuj tribus 10. ademptæ ſunt, & ab ejus juriſdictione avulſæ. Achazis item, & Manaſſis, & filiorum Joſiæ regis; variè ab Aſſyriis, & Ægyptiis, preſſorum, captorum, immutatorum, & ſoliô dejectorum: qui omnes è Salomone deſcenderunt.* (151) Saulis, *filii* Cis, *1. reg. c. 9. v. 1.* (152) *Saulis truculentia, ad domum ac familiam ſuam in regno, adversùs Davidem ſucceſſurum, conſtabiliendam, ſemper* haſtâ *cumprimis armabat ſe; quâ maximè Davidem, ac* Jonatham, *conabatur transverberare: ſed fruſtrà. 1. reg. cap. 18. v. XI. cap. 19. v. 10. cap. 20. v. 33. cap. 22. v. 6. & cap. 26. v. 7. ubi* haſta, *opperiens transfixionem Davidis, fixa ſtabat in terra.* (153) *2. reg. v. 6. ait Amalecites:* Casù veni in montem Gelböe: & Saul incumbebat ſuper haſtam ſuam. ((154) *Joachazus, Joſiæ, ſanctî regis, filius,* menſibus tantùm tribus regnavit Jeroſolymis. *2. Paralipom. cap. 36. v. 2.* (155) Libycus *ventus, à meridie ſpirans, validè: dicitúrque* Libs. (156) *Græcia* ἐκκλησίων, *Italïa Eccleſiam.*

siam. utraque hæc terra trans mare Phœnicium est. (157) Id est, nullo. nam regni ejus non erit finis. Luc. 1. v. 33. (158) Gabriele, cœli inhabitatore, & uno de 7. principibus Angelorum. (159) Lucaniæ oppidum. ubi rosarum stirpes, in anno biferæ. Virgil. 4. Georgic. Ornaret, canerem; biferique rosaria Pæsti. Rosæ Pæstanæ, in fama celebri sunt. (160) Angeli flexanimus sermo; & ad persuadendum accommodatus. (161) Cœlô. (162) Utpote, Qui humilia respiciat in cœlo, & in terra. &c. Psal. 112. Demus ergò; Deum trahi & allici ad me aliquâ parte vilitatis, & ut sic dicam, nullitatis meæ. &c. (163) Genes. c. 49. v. 10. de Messia. Ipse erit exspectatio Gentium. & Amos de eodẽ 1. & Aggæus c. 2. Veniet desideratus cunctis gentibus. (164) Montis in Galilæa, amœni, nemorosi, florigeri. Adrichom. vide, in Zabulone. & suprà, notas meas: ac Topothesiam Palæstinæ, in Zabul. & Ruinam Sisaræ, decad. 2. (165) Apes enim (ut Virgil. l. 4. Georgic. ait) — nec concubitu indulgent; nec corpora segnes in Venerem solvunt, aut fœtus nixibus edunt. (166) Dixi in notis ad l. 3. in Sara; vocem Pedisequam unô, S, contentam esse: à poëtis verò subinde, per epenthesin admittere, S, etiam secundum. hîc simplex est. (167) Spiritus Domini ferebatur super Aquas. Genes. 1. v. 2. (168) Ventô calidiore, velut generationi rerum magìs appositô, ea perflans. Calidior autem ventis aliis, est Notus, aura meridionalis.

lis. (169) *Id est,* Inane *illud, ex quo omnia initiò producta, mediatè, vel immediatè sunt : ut Materia prima.* (170) Cœli. *Est enim Divinus hic Spiritus, ob mitissimum ac placidissimum affluxum suum, quodammodo* Favonius cœlestis. (171) *Cornel. à Lapide hôc locô vide, explicantem verba;* Spiritus S. superveniet in te, & Virtus Altissimi obumbrabit tibi. *Luc. 1. v. 35.* (172) *Arcum cœlestem : quem, Quid, & Qualis, esset, superiùs descripsi, in Notis ad l. 3. de Visione Ezechielis.* (173) *Tonans; de quo, versu retrò 4.* Spiritus *videlicet Sanctus.* (174) *Historia de Vellere* Gedeonis, *nunc roscidô, nunc siccô; refertur 6. Judic. à v. 36. usque ad capitis illius finem.* Porrò Vellus *hoc, exponitur à consensu Patrum de Beatissima Virgine; quæ, salvâ Virginitate, concepit Christum : Quorum in numero S. Bernard. sermone in cap. 12. Apocal.* Nempe, Vellus est (*Maria*) medium inter rorem, & aream; inter Solem, & Lunam; inter Christum, & Ecclesiam, constituta : &, *quæ sequuntur.* (175) S. *Elisabetha, uxor* Zachariæ. (176) Sacerdoti, Zachariæ. (177) *Indiæ Orientalis remotissimæ fluvium.* (178) *Angelus* Gabriel. (179) *Angeli, dubitabundus quodammodò, certè quidem cunctabundus, à Virgine Maria recessus, & regressus, hôc locô assimilatur instrumento illi ferreo rotatilium horologiorum; quod, per transversum latúmve toti rotarum operi superimpositum, assiduò movetur; perticæ, antennæve navalis-nudæ formâ; vel lineæ ferreæ transversæ, è qua utrimque librarum lances dependent,*

dent, similitudine. *Alemanni vocant*, **Die Gewichtstangen an der Vhr**/ *eò, quòd utrimsecus appensa sint ei pondera, è plumbo &c.* Item, **die Vnrueh**; *quia scilicet, quietis impatiens, in motúque perpetuô versans, vertitur atque revertitur: donec unius horæ curriculum (quod est 60. Minutorum, ut vocant, seu Sectionum) absolvat.* (180) *De sancto hoc amore, Angelum, ne in puncto temporis à beatissima Virgine discederet, retinente; lege Francisci Remondi, è Societàte JESU, Epigrammatum libri 1. initium. Est autem epigramma, ordine secundum, istud: quod verbatim appono.*

Tentat in ætherias reditum pius Aliger oras:
Virgineo, retinet, qui venit ore, decor.
It, redit, ambit; amor nescit, qua parte recedat:
Ter tibi, Virgo, vale; ter quoque dixit, Ave.
O, nisi supremi revocarent jussa parentis;
Nuntius hâc unquam nollet abesse domo.

(181) **Gabrielis**: *qui ex ordine Seraphinorum (ut doctus quidam temporum horum Abbas ex Theologis probat)* ***nihilominus*** **Archangelus** *vulgò dicitur; quòd principaliora quæque ἀγγέλλῃ, nuntiet: ut apud Danielem sæpius; apud S. Lucam c. 1. & 2. bis, vel ter.* (182) **Hominum**: *utpote ex Adamo descendentium, ut ait S. Paul. Actor. v. 26. cap. 17.* **Fecítque ex uno omne genus hominum.** (183) *Est enim S. Gabriel,* **unus ex iis, qui astant ante Deum**: *ut ipse de se profitetur, Luc. 1. v. 19.*

v. 19. (184) *Utì mox patebit è Josephi mentis, & curarum, æstu.*

IV. (185) *Illius videlicet* Sacramenti Incarnationis, *de quo S. Paulus 1. Timoth. cap. 3. v. ult.* **Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatũ est in Carne** &c. *de quo & Ecclesia, die Circumcisionis, ad Canticum Benedictus:* **Mirabile mysterium declaratur hodie: Innovantur naturæ: Deus homo factus est.** &c. (186) **Eurîpus,** *primævâ significatione, fretum illud est angustum, ad urbem Chalcidem, inter Boeotiam, & insulam Euboœam; insanorum fluctuum: quos occulta vis diebus singulis ciens, volvit, ac revolvit septies; totidémque vicibus noctu. Hinc sumitur pro quovis, etiam animi, fluctu, & æstu turbulentô: sicut hîc.* (187) *Urbis, inter montana Judææ sitæ; ad quam Zachariæ domus erat, & Elisabethæ; quam beatissima Virgo visitatum è Galilæa abierat. Luc. 1. à v. 39.* (188) *Erant Hebrône, hodiéque sunt, sepulcra Patriarcharum, Abrahæ, Isaaci, Jacobi, Josephi,* &c. *quo nomine etiam religiosè, & ab exteris quoque, visitabantur. Felicem Fabrum vide Parte 1. hodœporici Syriaci. fol. 155. col. 2. tit.* **Hebron.** (189) *Gentile solum, hîc est,* **populare;** *alemann.* **Landsmännischer Boden.** *Erat enim B. Maria (ut & Joseph) habitantes quidem in Galilæa; oriundi autem ab Judæa: in qua Hebron.* (190) *Joseph: quo consciô, & consentiente, B. Virgo peregrinata fuerat.* (191) *Hæc pulcrè expendit, & laudat*

dat in Maria Visitante, S. Ambros. l. 2. in Lucam c. 1. (192) **Acies**, *hôc locô, vigorem videndi significat; ut versus, proximè subsequens, satìs indicat. Cicero, in Catone majore.* **Ille, cujus obtusior sit** *acies, non videt. Catullus in Aty.* **Cupit ipsa pupula ad se sibi dirigere aciem.** (193) *Sic eam vocat Angelus, Matth. 1. v.* 20. **Noli timere, accipere Mariam, conjugem tuam.** *& S. Lucas cap. 2. v. 4. & 5.* **Ascendit Joseph &c. cum Maria, desponsatâ sibi uxore, prægnante.** (194) *Accusator. suprà, ad lib. 2. & 3. aliquoties.* (195) *Criminationes, insimulationes, querelas accusatorias, caussas forenses. Terent. Phorm.* **Ego tibi** *dicam* **impingam grandem.** *Idem, ibid.* **Injuriarum audisti mihi scriptam** *dicam? Est pes ultimus, seu sextus, Senarii Jambici: & adeò primam habens brevem; quia Jambus. Plautus quoque Aulul:* **scribam dicam.** *Vocem hanc porrò Latini mutuati sunt à Græcis: quibus* δίκη, **ns,** *est caussa, actio, lis judiciaria: pœna quoque, & justitia.* (196) *Oratio Josephi; quam sese fingit cogi habere ad Judices, in Adulterii insimulatione.* (197) *Jus scilicet* **Copulæ conjugalis**; *quod marito erga uxorem, & hujc erga maritum, competit, 1. Corinth. c. 7. versu 3. &c.* (198) *Devirginatam. vox est Decii Magni Ausonii, in gameliis; & Arbitri alicubi.* (199) *Concilio 70. Seniorum, quod* **Sanedrim** *vocabant.* **Moyses** (*ajunt, de deprehensâ in adulterio, scribæ & Pharisæi, Joan. 8. v. 5.*) **mandavit nobis, hujusmodi**

lapidare. *Lege tamen & Levitici caput 20. v. 10.* (200) Romani, *seu* Quiritium fori: *qui, cùm Christi, & Archelai tempore, Judæam fecissent Provinciam; eadémque operâ,* Capitalia (*quædam saltem*) crimina, *ad suam jurisdictionem, ac præsidum, à se Judæis impositorum, tribunal, revocâssent; utì tralucet è toto adversùs Christum processu capitali, per Pilatum; & Lucæ 13. v. 1. & seq. de Galilæis occisis; & apertè è Joan. 18. v. 31.* Nobis non licet interficere quenquam: *idem fortasse juris Herodi magno (sub quo rege Beatissima Virgo prægnans erat) contulerant, dependenter à se, utpote Romanorum beneficiario, & subordinato: quique nil, paullò majus, exsequi circa supplicia solèret; nisi, re priùs ad Augusti forum, & cognitionem, relatâ: ut passim è Flavio Josepho elucet, 1. de bello, & sub finem Antiquitatum Judaicarum.* (201) Sententiis judiciariis; *quæ, in tabellis perscriptæ, conjiciebantur in urnam. Suprà, ad lib. 2. de Job.* (202) In lege enim, *ait S. Hieronym. lib. 1. Commentarior. in c. 1. Matth.* Non solùm reos, sed & conscios criminum, obnoxios esse peccati. (203) Quinamque fornicariæ conjungitur, Unum corpus *cum ea* efficitur: *inquit l. cit. S. Hieronym. è 1. ad Corinth. c. 6. v. 16.* (204) *Syriæ fluvium, percelebrem; qui Antiochiam præterlabitur.* (205) *In transamnana Orontis, ad Occidentem, excelsissimi horridique montes surgunt: in quibus, tempore S. Joan. Chrysostomi, piorum ascetarum magna habitabat multitudo: ut ipse ait in Matthæum.* (206)

Septen-

Septentrionali terrâ Syriæ. (207) *Quem illi ne-*
ctebat Joseph ; dum occultè *eam deserere con*sti-
tuit. (208) *Hæc vox forensis, etiam Arbitri est.*
Jam & sequestri placebant. &c (209) *Legatus*
εἰρηνοφοιός, id est, Pacificator : *qui* caducéum,
id est, Virgam, pacis denuntiatricem, ut Mercuri-
us, fert. Hîc, Angelus est cœlestis. (210) *Latinitate*
commodâ dicimus, hoc nuntium, ii, *in neutro, pro*
Re nuntiata : commodiore verò, magisque classicâ,
Nuntius, ii, *masculinè ;* Bottschafft / Zeittung /
alemann. Plautus in Sticho Præcucurri; ut nuntia-
rem nuntiũ exoptabilem. *Hîc significat* εὐαγ-
γέλιον, *quod Gabriel apportavit Mariæ, Luc.* 1.
à v. 26. (211) *Josepho : qui faber. Unde Christus,*
creditus è Josepho processisse, Fabri filius *dictus à*
Nazarenis est. Matth. 13. *v.* 55. (212) *Hôc locô,*
non est idem, quod Quandoque, *sed* sub hæc, *vel,*
Postea. (213) *Vesperam. suprà.* (214) *Animal, a-*
lioqui præpavidum. (215) Nec *idololatris quidem*
(cujusmodi erant tunc adhuc Syri, Phœnicibus pro-
ximi) placere solebat facilitas dimittendi uxores; ut,
inter cætera, patuit in dimissione Laodicês, & tricis
Berenicês, uxorum Antiochi Thei alternatarum :
Unde Syria omnis tumultuata est. Vide, in Ruina
Seleucidarum, Antiochum Theum, & Seleucum
Callinicum. (216) Virorum *nimiô plus* appeten-
tis, (*si scilicet prima vocis hujus, ut hic, brevietur :*
nam, si producatur, Venenosam *signat.*) *Lucilius,*
in Satyr. — vetulam, atque virosam, Cædam

equidem potiùs. &c. (217) *De Thámaris* primæ, *quæ Judæ nurus fuit, incestâ impudentiâ, agitur Genes. cap. 38. v. 13. & seqq.* (218) *De curiosæ verò Dinæ, sororis Judæ, defloratione, Genes. 34. à v. 1. & suprà, ad libr. 2. de Job.* (219) *Sicut sanè* Thamar, *è trivio, in quo, habitu ipso, se prostibulum professa fuerat; &* Dina, *è cubili Sichémi lasciva, gravidæ domum redierant.* (220) Reus, *hôc locô, Substantivè sumitur; pro eo, qui alicui constrictus in manus traditur, ad pœnam arbitrariam de eo sumendam. Sic & dicimus:* Hic Captivus meus est, *substantivè.* αἰχμάλωτος ἐμός. (221) *Isaiæ XI. v. 1.* Et egredietur Virga, de Radice Jesse: & flos de Radice ejus ascendet. *In quem locum S. Hieronym. lib. 4. in Isaiam:* Nos virgam de radice Jesse, sanctam Mariam Virginem intelligamus: quæ nullum habuit sibi fruticem cohærentem. Et florem, Dominum Salvatorem; qui dicit in Cantico Canticorum: Ego Flos Campi, & lilium Convallium. (222) *Barbarè*, Secretaria, Cancellaria, archivum. *Græcis*, θιναροθήκη, *locus, in quo tabulæ reponuntur, sed illis*, Pictæ: *Romanis autem, ubi* Acta *magistratuum reconduntur. Sinapius, & Adrianus Jun.* Psalmos *porrò (quos* Davidis lyram, *ac barbiton, nomino) depromptos esse è Sacrario Arcanorum Dei, seu archivô Spiritûs Sancti vatidicô; colligimus ex illo Christi ad Pharisæos erotemate: Matth. 22. v. 43.* Quomodo ergò David in Spiritu (*qui dicta-*

dictavit ei psalmum 109.) vocat eum Dominum: dicens, Dixit Dominus Domino meo? &c. (223) *Erant enim uterque (Joseph, inquam, & Maria,) de tribu, domô, & familiâ, Davidis: ut asserit S. Augustin. l. 2. de Consensu Evangelistarum. cap. 1. Et asseverantiùs S. Hilarius in Matth. canone 1. & S. Hieronym. in terminis; idque argumentis etiam adstruens l. 1. Comment. in Matth. De qua re etiam egi in Ruina domûs Davidicæ, Decadis 3. parte 1.* (224) *Hoc promissum, è semine Davidis scil. nascituri Christi, factum à Deo; inter cætera, continetur etiam psal. 71. v. 1. & expressissimè psal. 131. v. XI.* Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *&* v. 18. Illuc producam cornu David: paravi Lucernam Christo meo. *v. 19.* Super ipsum efflorebit Sanctificatio mea: *quæ in Salomonem non congruunt.* (225) *Extra legitimam conjunctionem concepti, & nati. Vox, & Latinis usitata; licèt Græca sit: usque adeò, ut Virgil. l. 7. Æn. etiam producat* Suppositâ de matre nothos, *& furtô creatos,* equos. (226) *Suô tempore in Ægyptum: ut infrà dicetur.* (227) *quod Josephi cor amaricârat.*

V. (228) Sistrum, *Ægyptiorum, in vicinia Judææ degentium, instrumentum quoddam, certi generis, musicum: quod agitatione suî sonum edit, etiam infantes oblectantem. Martial. in Xen. Virgil. 8. Æneid. de Cleopatra.* — Regina in mediis, patriô vocat agmina sistrô. *ubi Sinapius pueriliter notat,*

notat, Tubam esse Ægyptiam : *quia per id* classiarios *suos convocârit regina. Idipsum enim irridet in* Cleopatra *Maro: quòd delicata levisque mulier, in pugnam hortaretur suos ;* quæ sistris *tamen potiùs, quàm* tubis (*quarum ante prælia cæteroquin usus est*) *cum suis* Ægyptiis, *& amatore Antoniô, insuevisset.* (229) *Bethlehemi ; quod Ephrátha quondam dictum est. suprà, ad lib. 1. fin.* Bethlehem *vero proavorum Christi terra fuit ; eô ipso, quòd* civitas Davidis, *progenitoris ejus.* Luc. 2. *v.* 4. & 11. (230) *Senarii hujus Pes iste primus, est* Procelevsmaticus: *id est, 4. brevium continuarum.* (231) *Inter cognomenta, Christo Domino gloriosa, fuisse etiam* Virum Orientem, *adnotavi ad lib. 3. in Zacharia.* (232) *In domo, vel antro, quod sub ipsis Bethlehemi mœnibus extremis erat: de quo loci situ vide Felicem Fabri, in hodœporico.* Summœnianus *porrò, vox est Martialis,* Uxores summœnianas, *per irrisum, nominantis τὰς ἑταίρας: quòd in Suburra, subque muris, ferè incolerent; Quasi* Sub-mœnianas. (233) *Diluculô,* Solis-Ortu. (234) Phogor, *mons est in Moabitide montanâ ; & respectu Judææ, ad Ortum Æquinoctialem. de hoc dixi, ad l. 2. de corpore Moysis.* (235) Sinai, is, *Arabiæ, trans desertum Pharanis, mons ; respectu Judææ, ad Eurónotum, & Ortum Solstitialem hibernum.* (236) Thymus & thymum, *herba, pabulúmque, apibus gratissimum. Maro, in Daphnide.*

Dúmque thymo pascentur apes; dum rore cicadæ.

cadæ. *Est autem & thymus pratensis, vuigò sylvestris dictus,* **wilder** *thymus,* **Quendel/ & Künlein/** *Alemannis: plantula & ipsa gratissimi odoris.* (237) **Tabor, & Hermon,** *Galilææ montes, excelsi. suprà, ad l.* 2. *de* **Loco-flentium.** (238) *Constat enim experimentîs opilionum; prata, satáque, ab ovibus depasta, libentiùs, lætiúsque, recrescere.* (239) **Per Synecdochen,** *materia, pro re, ex ea confectâ: sicut ferrum pro gladio; pinus pro navi; buxus, pro buxea canna, seu fistulâ.* (240) **Orgia,** *cæteroqui festa sunt, maximè Bacchi. hîc, pro sollemnitate lætâ, generatim.* (241) *Prudentii, in Epiphaniam, est illud, in dimetro Jambico;* **Major Bethlem, cuj contigit.** *Idque per syncopen, pro* **Bethlehem.** *Unde & Sannazarius, eádem usus syncopês indulgentiâ, librô* 2. *de Partu, ex ore* **S. Josephi** *ait, aspectâ urbeculâ Bethlehemô;* **— Bethlemiæ turres, & non ignota meorum. &c.** *A* **Bethlem** *porrò patronymicè fit* **Bethlehemis, idos.** (242) *Nam à conditis Mundo, ac Sideribus, (in quibus omnibus,* **Omnia per ipsum,** *id est, Verbum Patris,* **facta sunt, & sine ipso factum est nihil** *) anni fluxerunt, usque ad Incarnationem Christi, quater mille, & 52. ut alibi, hujus libri initiô, annotatum est.* **tot orbes** *erant* **Solares** *anniversarii.* (243) *Balamæa, à Balaam; per syncopen,* **Balam, amis,** *vel Balamus, pro Balaamus: de quibus suprà, ad l. 1.* **De hac autem Stella,** *quæ Christus est,* **&,** *Christum Magis demonstrante, Stellâ; sic Balaam vaticinatur Numer. 24. v. 17.* **Orietur Stella ex Jacob:**

& con-

& consurget Virga de Israël. (244) Præsidis partuum, *ac* lucis, *in quam nascuntur Infantes: quibus, in utero Materno, præstituti ferè sunt menses novem; interdum tamen in decimum carptim excurrentes.* (245) *Natus est enim Christus, ante crepusculum matutinum, post mediam noctem diei* 25. *jam inchoati, mense Decembri: ut communis tenet traditio.* (246) *Psalmo* 18. *de Christo mysticè dicitur, v.* 6. In Sole posuit tabernaculum suum: & ipse, tanquam Sponsus, procedens de thalamo suo. (247) *Quarta noctis vigiliâ, ante Solis ortum.* Solebant *enim, (in castris maximè) omnes quatuor noctis vigiliæ clangore tubæ denuntiari. de quo egi etiam l. de Ortu & Interitu Reip. Vet. Rom. ubi de militia, & Vigiliarum strictissimâ exactione.* (248) Maria, *Christi mater.* (249) Josephus, *nutricius.* (250) *Nativitatis Christi venerabili mysterio.* (251) *Stella scil. quæ tribus* Regibus *apparuit: quæ ordinis lucium cœlestium prorsus alterius, & à stellis omnibus, atque etiam cometis, diversi, fuit.* S. *Chrysost. super Matth. in caput* 2. *ad initium: & alii.* (252) *Magos: quos idem* S. *Chrysost. ibid. è* Persia *venisse ait: ducente eos in Judæam novâ stellâ.* (253) *Christus, natus* lux in mundum, (*Joan.* 3. *v.* 19.) *verior fuit Deus, quàm illa Solis aurea imago, crystallo inclusa* (*apud Q. Curtium l.* 3.) & à Persis *coli solita. suprà ad l.* 3. *in Daniel: & in Juditha.* (254) Bethlehémi. *suprà.* (255) *Supponimus, (ut rem à piis vulgò receptam), Angelum illum, nati Christi evange-*

angelisten, fuisse **Gabrielem** ; *ut alibi in negotio denuntiandi ortûs* S. *baptistæ, & Christi. Luc.* 1. (256) **Aëriæ**: *in qua venti.* (257) **Bethlehémi**: *quod, (etsi sub Ephrathæ nomine) jam ante Patriarcharum ætatẽ erat: & ideò squallidi jam vetuliq; aspectûs. Sed Angeli fulgor, è pastorum locô, etiam eò pertigit.* (258) *Iñoxio, nil damnoso.* (259) **Turris-gregis, & Jacobi Patriarchæ**; *quibusdã &* **Adar** *dicta: ad quã* Jacob, *à Labáno reversus ex Haran (seu Charris) urbe feroci Mesopotãiæ, pecora sua aliquãdiu pavit: tempore scil. mortis Rachel, temporeq;* **Veris.** Genes. 35. *v.* 16. *Adrichomium vide, in* Juda. *V. Adar: & Adam: Wallasserum, in glosa ad Vitam Christi, cap. de Nativit. Christi, è* **S. Bonavent.** (260) *Vide notam superiorem.* (261) *Est enim Bethlehem monti, seu colli, imposita, ut omnes tradunt. Locus autem pastionis gregum, infrà montem est.* (262) **Mopsus**, *Pastoris nomen, apud Maronem, eclog.* 5. & 8. (263) *Furiis*; *seu potiùs, metu furiarum; ac spectrorum.* (264) *Qui* **Victoriam**, *& læta, nuntiatum veniebant*; **laurô** *tempora, laurô & litteras ornabant, aut utcunque aliter, laureâ comite, incedebant. Et hic Angelus*; **evangelizo** (*inquit*) **vobis gaudium magnum.** *Luc.* 2. *suprà.* (265) *Hæc enim omnia nomine suô importabat* Maschiàch, *seu* Messîas, & Christus: *Summum vatem, Summum Sacerdotem, & Summum regem: qui & ad hoc muneris inungebantur, ut* Χριστοί *fierent, & dici possent.* (266) *Virgil.*

gil. Georgic. 3. circa med. aviculæ istius mentionem insert. Littoráque alcyonem resonant, & acanthida dumi. Junius, Alemannis esse, quam Zeislin vocant, indicat. malim, carduelem; utpote volucrem, τῶν ἀκανθῶν frequentatricē: unde & nomē habet; sicut carduelis, à carduis: Distelfinck/Stiglitz. (267) Prognês, uxoris Terei, Thracum regis, sororem Philomélam; ferunt poëtæ, mutatam in avem sui nominis; acrédulam puta. german: Nachtigall. Ital. roscignólo. (268) Ad splendorem conspectum, Solis matutini exorientis. (269) Tubæ militaris recurvæ. Erat item, insigne gestamen augurum; recurvum & ipsum. Livius l. 1. de Navio augure. Regum quoque baculus auguralis. Virgil. Æn. 7. m. Ipse Quirinali lituô, parvâque sedebat Succinctus trabeâ —rex scil. Latinus. (270) Alii, Upilio, scribunt, per ultimam vocalem Latinorum. Maro, ecl. 10. v. 19. Venit & upilio: tardi venêre bubulci. (271) De hoc magorum principe, & Solis Mithræ cultu, egi decade 1. in Ruina Zoroastris. (272) Vide notam superiorem, & proximè sequentem inferiùs. (273) Adorabant enim Persæ, & Solem-Mithren, & Ignem immortalem: de quibus dixi superiùs ad l. 3. in Holoferne. (274) Arabicæ. sunt enim & Arabes Nabathæi (Vide tabulam Paradisi Jan-Nicolai Visscheri) ad Orientem Palæstinæ. (275) Pro ipso Solari globo passim Titanem à poëtis poni; Sole ipsô lucidius est. Sinè Deo tamen, ac Dei filiô, non fulgeret ille. (276) Ec-

cle-

cleſiæ cantus eſt, nocturnô 1. Purificationis Mariæ: **Quem virgo concepit, Virgo peperit, Virgo poſt partum, Quem Genuit, adoravit.** (277) *Locus, è quo aurum Salomonii adferebatur, & Joſaphato, regibus.* 2. *Paralip.* 9. *v.* 10. & 3. *reg.c.*22. *v.* 49. (278) **Arabia-Sabæa,** *thuriſera. ſuprà ad lib.* 3. *de Juditha.* (279) *Hôc locô*, **Thus, & Aurum**, *accuſativi ſunt; non Nominandi, caſus.* (280) *Enallage & Synecdoche, pro* **Arabes.** (281) *Juxta illud SS. Eccleſiæ è pſal.* 71. *v.* 10. **Reges Tharſis, & Inſulæ, munera offerent &c.** *feſto Epiphaniæ. Recentiores, è Tapróbana vel Zejláno* **inſulâ** *allatum, ab uno magorum ſuiſſe, indicant: de quo adi Maffæi Indica.*

VI. (282) **Joſephi**; *qui Chriſtum, & Mariam, laboribus ſuis fabrilibus ſuſtentavit.* **Altorem** *porrò, pro* **Nutritore**, *uſurpavit etiam Seneca, in Hercule Fur. Actu* 5. **Per ſancta generis ſacra, per jus nominis Utrumque noſtri; ſive me** *altorem* **vocas** (*inquit ad Herculem Amphitruo*), **Seu tu parentem &c.** (283) **Irâ furibundâ.** *ſuprà, ad libr.* 1. (284) *Syri, (ad quos accenſebantur etiam Phœnices, & Palæſtini,) hîc opponuntur Arcadibus; apud quos* **Lycáon** *rerum potitus fuerat.* (285) **Lycáon**, *Arcadiæ in Peloponnéſo tyrannus; qui, hoſpites ſolitus interficere, cùm idipſum & in Jove tentaret, incognitô, & peregrini vultum mentiente: mutatus in* **lupum** *eſt, ab eodem. Ovid.* 1. *Metamorph.* **Struxerit inſidias, notus feritate, Lycáon?**

on? *Et.* Fæda Lycaoniæ referens convivia menſæ. (286) *Arabum-Sabæorum: apud quos progignitur* thus. (287) *S. Leo, ſerm. 4. de Epiphan.* Ex magna geſtum eſt (*inquit*) divini pietate conſilii: ut gens, quæ ſpectandorum ſiderum arte pollebat, ſignum nati pueri acciperet. *Fuiſſe verò Magos hos, numerô* ternariô; *idem S. Leo Magnus Serm. 1. de Epiph. tradit:* Sequuntur (*ait*) tres viri ſupremi luminis ductum; & prævii fulgoris indicium &c. (288) *A tribus his Magis,* Orientis Regulis: *quos S. Maximus epiſcop. homil. 1. de Epiphania,* Chaldæos; *Cantilena popularis Chriſtianæ plebis,* Sabæos; *S. Chryſoſt. in cap. 2. S. Matth.* Perſidis *incolas, faciunt. Exiſtimaverim; eos è non una quapiam Orientis regione ſed è diverſis, & alium ex alia egreſſos initiô: poſtea,* divinâ diſpoſitione, *in via convenisſe, tandémque* in Suam *ſingulos* regionem eſſe reverſos. (289) Herodem, *parvulorum trucidatorem: qui è fraudulentia ſuâ lucrum aliud nullum abſtulit; quàm ſuî ludificationem, & iracundiæ majorem inſaniam.* (290) *Ventô celerî; & quaſi pennatis curſibus incedente.* (291) *Artificiosâ fallaciâ: qualis erat;* Cùm inveneritis puerum, renuntiate mihi: ut & ego veniens, adorem eum. *Matth. 2. v. 8. Cæterùm, vox* τέχνη *Græca, apud Latinos etiam, eósque claſſicæ auctoritatis, invaluit; æquè, ac* δόλος, *dolus:* λόγος, *logus, &c.* (292) Orientalis terræ, *ceu veſtri natalis ſoli, gremium.*

mium. (293) Arabiæ Sabææ. (294) Ad Herodianam aulam, ac Jerosolymam, redeundo. (295) Bethlehémo, urbi Judææ; aliter & Ephráthæ dictæ. suprà, sæpe. (296) Quam necem, & 3. Magis instituram fuisse à tyranno ambitioso, ceu Novi regis adoratoribus, & fautoribus, ei addictissimis; quis dubitat; nisi, qui Herodem, ex Evangeliis, & Flavio Josepho Macrobióque, ignorat? (297) Cumulus, acervus, multitudo atrocium eventorum. adagium, Ilias malorum &c. petita ex Homeri ῥαψῳδίᾳ, de bello Trojano decennali. (298) Tragœdia: cujus est Cothurnus; sicut Comœdiæ, Soccus. suprà. (299) Tribus Magis, ad furiosum Herodem. (300) Post annos triginta retulit Vulpis nomen, ab æterna Veritate, hujus ipsius Herodis astuti crudelissimique filius, & morum ejus hæres, Herodes Antipas. dicentibus quippe Christo Pharisæis; Exi, & vade hinc: quia Herodes (Antipas, tetrarcha Galilææ) vult te occidere: respondit; Ite, & dicite Vulpi illi: Ecce, ejicio dæmonia &c. Luc. 13. à versu 31. Et hunc Herodem callida sua, & vulpina, Regni majoris ambitio, (Herodiadis incestuosæ uxoris instinctu), unà cum hac ipsa mæcha, Romam primò; deinde regnô ipsi negatô, tetrarchiâque ademptâ, in Hispaniam, & Exilium, expulit: ubi & ambo perierunt. Josephum vide, lib. 2. bell. Jud. cap. 16. (301) Innocentes puerulos. (302) Matres innocentium parvulorum. (303) Luctui funebri. (304) In Commentario juris Pontificum antiqui, seu Numani,

sunt

ſunt Hoſtiæ annorum Duorum : *quæ* duos tenuiores dentes, *cæteris dentibus altiores, habent.* *Herodes porrò*, occîdit omnes pueros, à bimatu, & infrà. *Matth.* 2. *v.* 16. (305) *Matres agnellorum, i.e. parvulorum.* Rachel plorabat filios ſuos. *&c. Matth.* 2. *v.* 18. (306) Bethlehémi. *ſuprà.* (307) Occidit Herodes omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in Omnibus finibus ejus ; *propè, ac procùl : adeóque & in Benjamin, multos.* (308) Cœlitibus *arcibus*, *pro* cœleſtibus *arcibus* ; *locutio non audacior, quàm illa Ovidii Faſtor.* 1. Cœlitibus regnîs ab Jove pulſus erat. (309) *Chriſti namque nati præſepe ; in antro erat, locôque, ſaxosô. Itineraria vide Syriaca, impreſſa Francofurti, in fol. Felic. Fabri fol.* 139. *col.* 2. *& aliorum.* (310) Agnus Dei, qui tollet peccata mundi. *Joan.* 1. *v.* 29. *qui pro totius mundi delictis immolabitur, tempore Paſchali. Unde S. Paulus poſtea,* 1. *ad Corinth. c.* 5. *v.* 7. Paſcha noſtrum Immolatus eſt Chriſtus. (311) *E beatiſſima & immaculatâ Virgine Mariâ,* 15. *annorum juvenculâ.* (312) *Ante* 24. *ætatis annum inchoatum.* (313) *Gladii Herodiani.* (314) *Herodes Aſcalonites. ſuprà. Et certè,* Lupus *hic* rapuit, & diſperſit oves *Bethlehemiticas. &c.* (315) *Evigilando ; & gnaviter, (ut antehac,) agendo.* (316) Ægyptia : *cujus olim urbs princeps*, Memphis. *ſuprà.* (317) *Locus eſt, ad introitum Ægypti, è Palæſtina ; nomine* Materéa : *ubi* Hortus *eſt* Balſami ; *quod ex Engaddi Judaicâ, tempore Cleopatræ, & Mar.*

Anto-

Antonii, illuc translatum est. (318) **Opobalsami virgultum,** *cujus ὀπός, id est, succus, è vulnere violentô, omne balsami genus reliquum superat; etiam, in consanando: ut proindè non incongruè* πάναξ *quoque,* ακος *(ut Galen. nominat l. 2. ad Glauc: alii,* τὸ πάνακες*) dici queat poëticè;* **planta, ferulaceæ formæ, ac generis; morborum omnium remedium promittens.** (319) **Engaddi,** *montes, seu colles,* **Vallis** *item, in terra tribûs Judæ; circa oram* **maris mortui,** *ad Occidentem Solstitialem æstivum: olim balsami ferraces. suprà.* (320) **Ægypti.** *sæpe suprà.* (321) **Græca.** *Pelasgi enim, Græciæ populus; & Pelasgia, Thessaliæ pars est.* (322) *Urbs* **Heliópolis,** ἡλιόπολις, **Urbs-Solis.** ἥλιος *enim Solem,* πόλις *urbem, notat. Eò commigrârunt, exulantes Joseph & Maria; cum divino Infante.* (323) *Inter Ægyptios, idololatras.* (324) *Aliger, Angelus.* (325) *De hac in tenebris aberratione Josephi, & in viam reductione per Angelum; Joannem Ehrenbergium, & Alexandrum, Comit. Palatin. hunc fol. 41. illum fol. 274. lege, In Itinerariis: ubi de locis, à Bethl. ad mare mortuum.* (326) *Fluvius Inferorum illætabilis: suprà. ad lib. 3. cui hîc adsimilatur luridus, ac mœstus,* **Asphalti Lacus,** *seu* **Mare Mortuum:** *ubi quondam Sodoma, & Gomorrha, steterant, fœdæ libidinibus urbes.* (327) **Ægypte:** *cujus caput olim Memphis. suprà.* (328) *Josephum, Mariam, puerum.* (329) **S. Angelus,** *ductor* **Josephi;** *qui duc-*

ctor

flor erat Mariæ, in fuga illa. (330) Ægyptus. *supra ad lib. 2.* (331) **Ichnevmon**, *onis*, (*inquit J. Sinapius*) **animal est, magnitudine felis, specie verò muris. unde vulgò nunc etiam mus Indicus appellatur**; *sicut omnia hodie peregrina, coguntur ignaris rerum, esse* **Indica. reipsa tamen in Ægypto nascitur: ab Ægyptiis verò adorabatur, quòd ova soleat crocodilorum obterere; ac lutô circumvolutus** (*ne conspici possit*) **quoties os diducunt crocodili, mox in rictum eorum, ac ventrem, insiliat; eorúmque visceribus exesîs, eos mori compellant.** *Unde* **Pernicios**us, *à Martiale, lib. 7. dicitur.* **Delectat Marium si pernicios**us **ichnevmon.** *Ex quo versu, eádem operâ, de auctorata quoque, non* **Græcis** *tantùm, sed &* **Latinis**, *quantitate, licentiâque, primæ syllabæ constat. Emmanuel: & Gretser: vide, l. 3. de muta & liquida. Græcè, ἰχνεύμων, ονος. & non ωνος. Hesych.* (332) *Herodes, Judææ tyrannus, non mitior, quàm Agrigenti, reliquæq; Siciliæ, Phálaris. antonomasia.* (333) **Avernus, & Erebus**, *pro Inferno, poëtis. superiùs sæpe. ad libr. 3.* (334) *Augustus enim Cæsar,* **Herode** *Ascalonitâ extinctô,* **Archeláum**, *ejus filium, cõstituerat Judææ solius, non* **Regem**, *sed Satrapam, & provinciæ (quam esse Judæam, declarârat) administratorem, seu præfectum: pollicitus tamen, & Regis ei jus, ac titulum; si is moderatè se in præfectura gereret: id, quod non præstitit. Josephus, l. 2. bell. Jud. c. 9.*

(335)

(335) *Nam sub initia statim regiminis Judæorum, uno die, in templo, ipsôque azymorum festo, 3000. interfecit. Josephus cit. l. 2. c. 2.* (336) **Cùm enim** *cædem illam, quam modò retuli, Archelaus ederet: necdum Judææ, ne Satrapes quidem, institutus erat; nedum,* Rex. (337) **Ægypti.** *pro qua poëtæ* **Canópum** *sæpe ponunt. Ostium id est Niloticum, & urbs, ac portus.* (338) *Palus Sirbónis, egredientibus Ægypto, Palæstinam versùs, facilè inter primas occurrit: ante Rhinocorura.* (339) *Torrens est* **Bosor,** *aut verùs fluvius, propior Palæstinæ, terræq; tribûs Simeonis, quàm Ægypto.* (340) **Archeláo:** *ut suprà.* (341) **Primò,** *cùm cogitaret dimittere Mariam sponsam:* **alterâ** *vice, cùm eum hortaretur ad fugam in Ægyptum:* **tertiò,** *cùm ad reditum, in terram Israel. Matth. 1. & 2.* (342) *Cùm enim abirent profitendi causâ in Bethlehem; domunculam suam Nazarethanam reliquerant, habitatore vacuam.* (343) *Ex lino, quàm lanâ, probabilius est fuisse fasciolas, seu tænias, infantis Christi.*

VII. (344) *Cùm* **opinio ejus in omnem Syriam abiret:** *uti loquitur S. Matth. c. 4. v. 24.* (345) *Sic in annuntiatione Resurrectionis Christi, tres sanctæ mulieres,* **Viderunt Juvenem** (*qui Angelus erat*) **coopertum** stolâ candidâ, *Marci 16. v. 5.* (346) **Cœli.** *Virgilii est, Æneid. 3. & 12. Quomodo verò differat ab* **Æthere;** *suprà jam adnotavi.* (347) **Inferos.** *Avernus, pluralem habet numerum in neutro: sicut Tartarus, Tartara. Virgil. Æn. 3.* **Divinósque lacus, & Averna, so-**

nantia ſylvîs. *Et lib. 5.* — Ditis tamen antè, Infernas accede domos, & Averna per alta Congreſſus pete, nate, meos. &c. (348) *Jam 30. annos in hac mortalitate vixerat Chriſtus.* Luſtrum *hîc, pro tempore 5. annorum.* (349) *Non inveniebat baptiſmus in Chriſto ullus, quod elueret in anima ejus; quippe quæ nec* originis *culpâ ullâ, aut debitum ullum incurrendæ culpæ, maculæve, contraxerat. In* actualibus *autem, non modò peccatum nullum fecerat 1. Petri. c. 2. v. 22. ſed erat* Simpliciter, & ab Intrinſeco, Impeccabilis. S. *Thom. 3. part. In cæteris verò hominibus, baptiſmus Joannis, non expiabat quidem peccata, (minimè omnium,* ex opere operato; *ſicut baptiſmus legis Gratiæ); diſponebat tamen, devotè ſuſcipientes illum, ad dolorem de peccatis, eorumque deteſtationem. unde & dicebatur* Baptiſmus pœnitentiæ: *& Joannes,* prædicans baptiſmum pœnitentiæ, in remiſſionem peccatorum, *Marci 1. v. 4.* & baptizabantur in Jordanis flumine, Confitentes peccata ſua. *Idque faciebant, utique plurimi, cum contritione & dolore de peccatis, ut* publicani & meretrices; qui *idcircò* Scribas & Phariſæos præceſſerunt in regno Dei, *Matth. 21. v. 32. Et hac viâ denique pertingebant ad baptiſmum illum, quo adultis, prævia pœnitentiâ, peccata* ex Opere operato *dimittebantur; id eſt, ad* baptiſmum Chriſti: *de quo S. Greg. Magn. homil. 20. in Evangelia. Sic igitur Jordanis aquæ diſpoſitivè tantùm, per cærimoniam ſuam, erant* Expiatrices macula-

cularum. *Corporis autem squalorem, physicâ caussalitate tollebant, ablutione interveniente.* (350) **Desertum,** *in quo Christus jejunavit, antiquitus* **Quarentanæ,** *vel, abbreviatè,* **Quarentæ,** *ab hodœporicis appellatur. Adrichom. vide, in Benjaminis descriptione num. 98. & Felicem Fabri: qui montem, & cavernam jejunantis Domini describit: ubi & de periculo Domini Beronis à Rechperg, illic aditô, ac depulsô. fol. 144. & 145.* (351) *Alemannicè,* **Aurochsen/Waldochsen.** *de quibus dixi ad l. 3. in Holoferne.* (352) *Per sesquimensem; seu sesquilunarem circiter periodum & circuitum: qui sunt 40. dies, & totidem noctes; quo toto tempore Christus erat cum bestiis.* (353) *Serpentis aquatici; hîc, Diaboli, è lacu igneo Tartarorum venientis, flammantibus oculis.* (354) *Quasi* **Exercitator** *suî, per jejunia, orationes &c. quo nomine Eremi cultores olim appellabantur,* ἀσκηταί, *& fœminæ* ἀσκήτριαι. (355) *Victoriæ coronâ, quam è Sathana-Luciferô, sociisque rebellionis, reportavit olim S. Michaël. ut dictum l. 1. Vet: Test: Hæc Diabolum gloria adhuc torquet.* (356) *Hæc vox, alioqui* **Perversum,** *&,* **Absque Jugo,** *significat, ex 1. reg. 1. v. 16. & cap. 2. v. 12. Hîc, pro* **Sathana** *(qui sanè Perversorum caput est, & antonomasticus Belial), sumitur: sicut & à S. Paulo, 2. Corinth. 6. v. 15.* **Quæ Societas Luci, ad Tenebras? aut, quæ conventio Christi ad Belial?** (357) **Rex Inferorum:** *Jovis, & Neptuni frater, idolólatris. Hîc, Sathanas-Lucifer:*

qui, consideratâ paullatim magìs ac magìs Christi austeritate, vultûsque gravitate, timere nonnihil cœpit. (358) *Occasio certamini & tentationi, è Christi longissimâ esurie, sumpta est.* (359) *Nam nec* aquæ *quidem, in arido illo loco, haustus præstò erat; virium fugientium quantulumcunque levamentum futurus.* (360) *Templi Jerosolymitani; in cujus peribolum Diabolus Christum transportavit, ac statuit. Matth. 4. v. 5.* (361) *In Circuitu, & quasi cingulo templi: non in apice, sed aliquanto spatio infrà eum; velut succinctu quodam: qui nihilominus ad summitatem ædificii sacri pertinebat; & locô peraltô erat.* (362) Salii, *Sacerdotes erant Martis, ancilia gestantes: & interim saltantes (quod à Christo diabolus petebat: ut desultu se Dei filium monstraret, Matth. 4. v. 6.) de quibus Naso in Fastis.* Jam dederant Saliis, à Saltu nomina dicta. (363) *Imitatorem; histrionem mimicum: qui acta, sermones, gestus, aliorum exprimit.* (364) *Divitiarum Deus: ex Matth. 6. v. 24. Talem se Christo venditavit Sathan.* Hæc omnia (*regna mundi, & omnem gloriam eorum,*) tibi dabo: si Cadens, adoraveris me. *Matth. 4. v. 8. & 9.* (365) *Vanitatem fugacem mundi, mendacésque Diaboli pollicitationes.* (366) *Adorationis, Sathanæ exhibendæ.* (367) Messias. *Sic enim & Nonnus Panopolites eum crebrò nominat,* ἄνακτα, *regem, in elegantissimâ, cultissimâque suâ, verèque piâ & Theologicâ, paraphrasi Græcâ, in Evang. S. Joannis.*

nis. (368) Talis, id est, gigantèâ proceritate, diabolus conspectus subinde Patribus in Eremo fuit: nominatim S. Antonio Magno, apud S. Athanasium, in vita ejus, cap. 20. (369) Cœlô. suprà; & sæpe. (370) Inferorum amnem: pro Inferno ipso. suprà. (371) Christo. τῷ ἄνακτι, Nonno. paullò superiùs. (372) In quo diabolus Christo monstrârat universa mundi regna; quem S. Matthæus cap. 4. v. 8. vocat Montem excelsum valde. Hodiéque Mons-Diaboli dicitur à peregrinis Terræ Sanctæ. de quo vide Adrichom. in Benjam. num. 90. (373) Angelici. species, pro genere. (374) Christo, Hominum Angelorúmque regi. (375) Spectaculum edere, triumphalis pompæ. Voces, & phrasin, Munus dare, ad Spectacula pertinere, dixi alibi sub Zachariæ ferè initium. (376) Sicut & discipuli Christo, mortis triumphatori, post Resurrectionem, interroganti, Habetis hîc aliquid, quod manducetur? obtulerunt, præter partem piscis assi, favum etiam mellis. Lucæ 24. v. 41. & 42. (377) Coliphium, Gr. κωλίφιον, ίου, τὸ, quasi τοῦ κώλου membri, ῖφι, robur: panis dicebatur luctatorum, & athletarum. Juvenal. Luctantur paucæ; comedunt coliphia paucæ. Christus, cum Sathana luctatus, & victor; panem coliphium meruerat. (378) Ovid. 1. Fastor. Victima, quæ dextrâ cecidit Victrice, vocatur: Hostibus à domitis, Hostia nomen habet. (379) Ciceronis est, pro Quintio: & Plin. Jun. in epist. l. 1. pro Impensa,

ſumptu. &c. (380) *Tunc enim, in Carne, corpore-que, adhuc mortali,* Chriſtus *erat : cùm ab Angelis ei miniſtraretur, in Monte-*Diaboli. (381) *Famulus, domì genitus (ſuprà,) Angelus, in ipso cœlo conditus.* (382) *Adámidæ, arum : homines, ex Adamo deſcendentes. patronymixὼς.*

IIX. (383) Bethſaida *alibi, ut Joann. 1. v.* 44. *&c. Galilææ fuit municipium ; hodiéque vicus. At hôc loco piſcinæ nomen eſt : itáque nominant ac legunt Latini codices, Vulgata Latina, Tertullianus adversùs Judæos; &, è Græcis, S. Cyrillus, & S. Joan. Chryſoſt. ut & textus Arabicus. Ubi Græca exemplaria (præterquam* S. *Cyrilli, ut dixi, & S. Chryſoſt.) cum S. Hieronymo, in locis Hebraicis, legunt* Βεθεσδὰ Bethesdà ; *Syri verò* Beth-chesdà. *Omnium lectionum harum rationem, congruam admodum, Cornel. à Lap. adfert, in cit caput. quem, ſi placet, vide.* (384) *Hæc* Piſcina *jacebat versùs ortum Solis ; inter Templum, ac Montis Oliveti tractum. Vide Adrichomii tabulam* Jeroſolymæ: *locô, inter murum Orientalem, & templum Salomonicum.* (385) Medicæ. Gr. ποδαλείειος, *non* ποδαλύειος : *ut multi ſcribunt.* (386) *Opitulatricem, juvantem, medicantem.* (387) Cœleſti. (388) *Ipſe enim, vi nominis,* Medicina Dei, *ſanitatibus hominum præſidet. ſuprà, ad lib. 3. in Tobia.* (389) Saducæi, *ſectarii inter Judæos, originem hæreſis ſuæ referebant ad quendam* Sadócum : *cujus impia dogmata vigebant jam temporibus Joannis*

Hyr-

Hyrcani Machabæi; ut dixi, partim decad. 3. part. 1. partim decade 4. Parte 3. *Illust. Ruinar. Hugo Grotius, Christi Patientis A.* 1. **Illinc profani Secta Sadóci minax Regalis aulæ purpurâ invisum premit.** *Nobilitatem enim, (& aulicam maximè, pontificiámque), hæc Secta sibi fecerat obnoxiam, & addictam. Patronymicè*, **Sadócides, æ,** *in Singul. Plurali,* **Sadocidæ, árum**: *Sicut* **Æacides, æ. & Æacidarum.** *Sadocidûm per syncopen, pro Sadocidarum.* (390) **Saducæi** *enim dicebant, ac docebant;* **Non esse resurrectionem, neque Angelum, neque** Spiritum. *Actor. Apostol. c.* 23. *v.* 8. *Ideóque providè, ad confusionem Saducæorum, tantùm non in oculis & aspectu Saducæorum, & Saducæizantium Judæorum, Angelus clarô quoque subinde die descendens, commovebat aquam.* **Scribitur porrò, Saducæus,** *etiam geminato, d, apud* **Josephum,** *lib.* **2.** *bell. Jud. c.* **12.** (391) *Canales, & scatebras subterraneas aperiens; ut effunderent aquas salúbres.* (392) *Erat enim, pro maxima multitudine jacentium illic, & exspectantium aquæ-motum, ægrorum, magna marginum saxeorum circa piscinam latitudo.* (393) προβατικὴ κολυμβήθρα, *id est,* **Ovina natatoria**, *dicebatur ampla illa* **Piscina** (*quæ Romæ* **Lacus** *dicta fuisset; ut de multitudine Lacuum Urbis dixi, Parte* 4. *decadis* 4. *Ruinarum*): *quoniam illic, manè vesperéque, quotidie oves, & agni, in templo propinquo sacrificandi, natabant, & lavabantur; majoris munditiæ causâ.*

πρόβατον *enim*, ὐ, τὸ, *Ovis*: & τὰ πρόβατα, *Oves*. προβατικὸς, ὴ, *ovinus*. (394) *fundo aquæ: ſicut fluviorum ſunt alvei ſui. Curt. & alii.* (395) *Dicit quidem Horatius Epod. l. carm.* 12. **Quis ſudor vietis, & quàm malus, undique membris?** *de qua licentiâ* (*an potiùs, craſi?*) *viderit ipſe.* *derivatio autem vocis hujus, à vieo, es, viévi*, **viétum, viére, 2.** *conjug.*, *ſuadet* **Viétus** *potiùs* (*ut alii poëtæ proferunt*) *dicendum: quod idem eſt, ac mollis, marcidus, diſſolutus, flexibilis, indigens ligamine; quàm* **vietus.** (396) *Univerſalis medicina.* (397) *Sic Maro Æn. 6. de mortuis infantibus:* **Quos dulcis vitæ exſortes, & ab ubere raptos, Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbô.** (398) *De hoc vide differentem S. Joan. Chryſoſt. apud S. Thom. etiam in Cat. aur. ſuper caput 5. S. Joannis.*

IX. (399) **Boni.** *de his enim totus hîc ſermo. Alem. dicimus,* **ſein guter Engel.** (400) *Quia pars illa urbis Jeroſolymæ, ſub monte, (qui* **Sion** *dicitur, etiam hodie; & in quo arx & civitas David erat olim); tanquam filia ſub matris regimine, jacebat. Adrichomii tabulã Urbis Jeruſalem vide. ubi, in* **Filia Sion,** *Divitis epulonis palatiũ invenies.* (401) **Albo:** *è Paro, unâ Cycladicarum inſularum.* (402) *Nec regum faſtus erubuiſſet, illũd incolere palatium: ſi tam infame non fuiſſet à luxu, ganeâque, inhabitantium illud.* (403) *De hoc Divitis Epulonis nomine* **Sebaſtianum** *vide Barradium, in Concione ſuper hoc Evangelium. Quidam,* **Ninenſis** *legunt,*

pro

pro Ninevsis. *Sed, parùm aptè: cùm Hebræi pronuntiatione talî gentilium nominum, in ensis, & ense, non utantur. Utuntur autem, cum Græcis,* νινευὶ, νινευίτης *&c. unde* νινεῦσις, *Assyriacæ originis vocabulũ.*(404) *Persas, ante Cyri tempora,* **frugaliter admodum** *victitâsse, cultósque esse; observavi in Ruina Cyri, illust. Ruin. dec. 4. parte 2. Posteriores autem mores, & scriptores, eorum* **luxum** *notârunt. Horat. l. carminum. 1. od. ult.* **Persicos odi, puer, apparatus** *(in triclinio). &c.*(405) *Vini Græcanici; quod è Cypro, Rhodô, Creta, Cycladibúsque insulis aliis, advehebatur* Sidonem, Tyrum, *& Ptolemaidem: indéque in cæteram Phœniciam, ac Palæstinam. Præstantiam porrò Vinorum aliquot genera, etiam Græcorum, præter Athenæum, celebrat Maro quoque* **2.** *Georgicorum.* **Non eadem arboribus pendet Vindemia nostris, Quam Methymnæô** *&c. per plures versus. usque ad vers.* **Sed neque quàm multæ &c.**(406) ἴον, *Græcis Viola est;* ἄνθος, εος, τὸ, *flos. quasi* **Flos violaceus.** *Unde Vestes* **iánthinæ**, *Vestes dicuntur purpureæ, non quælibet, sed solæ, colorem præferentes violarum purpurearum; quæ locis apricîs, ac macrís, nascuntur, foliô latiore. Distinguuntúrque vestes hæ, à coccineis; & à purpureis lucidioribus. unde Martial.* **Coccina famosæ donas, & ianthina, mœchæ.** (407) **Srolas** *alioqui genus esse vestium muliebrium, alibi demonstravi, superiùs: & è cavillo patet Caligulæ Cæsaris;* **Liviam-Augusti**

vulgò appellantis Ulyſſem-Stolatum. *In Sacris nihilominus litteris* Stola *viris quoque ſubinde tribuitur. ut*, Stolam gloriæ induit eum : &, Amicti ſtolis albis &c. & Scribæ, *ac Phariſæi, amabant ambulare in* ſtolis. *Marci* 12. *v.* 38. & *à profanis ſcriptoribus non invidentur mollibus, delicatulis, & effœminatis maribus : qualis hic* Epulo *fuit.* (408) *Hebræus.* Iſacidæ, arum, *Hebræi, ab Iſaaco. ſuprà. Iſacida, æ, ſingul. num. pro Iſácides, æ; Latinitate,* priſcis gratiore : *ut Atrida, æ, pro Atrides, æ. Scipiada, æ, pro* Scipiades, æ. *utrumque Horatii eſt. Vide Emmanuel. in Notis, ad* 1. *Declinationem nominum.* (409) *Tanquam enim* Regem *ſe gerebat, non autem, ut privatæ ſortis hominem : &* Regem Tyri, *Phœnicum urbis, Palæſtinis vicinæ ; (ubi & præſtantiſſima purpura) : quia* byſsô & purpurâ indutus. *Lucæ* 16. *v.* 19. (410) *Omnium Hebræorum patriarchæ. Genes. XI. v.* 16. *ſuprà ſæpe.* (411) *Avari Epulonis.* (412) Cœli: *multitudo cœlitum Angelorum.* (413) *Freto angusto, quod alternis currit, ac recurrit.* Hîc, pro *curſu affluxique, & refluxu ærumnarum, ponitur.* (414) Oppidi *Lucaniæ, in extrema Italia : ubi* roſaria *ſunt* bifera. *ſuprà.* (415) *Montis Atticæ floridiſſimi, & apibus referti ſuprà.* (416) Moleſta Tunica, *ſupplicii genus Romanis &c. Induſium enim, pice, ſulphure, & id genus aliis ignium alimentis, illitum, & inducium poſtea reo, inflammabatur. Hoc, pro Purpura & byſſo, Epuloni rependitur.* (417) *Sepulcrali.* (418) *Unâ ex Inſulis* 7. *Vulcaniis, inter Italiam ac*

Siciliam

Siciliam sitîs: in qua, ceu Ignium divite, Vulcanus habere incudem, & officinam suam ferrariam, credebatur: æquè, atque in insula Hiera; de qua Maro l. 8. Æneid. (419) *Perilai, seu Perilli, auctoris tauri illius ænei, & igniti: in quem conclusus ipse primus, ad urbem* **Agrigentum** *in Sicilia, vocem emisit bovis. quod idem postea, tum alii, tum Phalaris tyrannus ipse, passi sunt.* (420) *Semper ardentibus, & nunquam in favillam resolutis, aut resolvendis: id est,* **Igne** *Inferni* **inextinguibili.** *Matthæi 3. v. 12. Ignes autem nostrates contrà, non tales, sed,* — **cineri qui petunt nostras domos,** *ut ait Focasta* **Senecæa,** *Thebaid. A. ult. med.* (421) **Inferni.** (422) *Inrecluſis, inperviis. Propertius, de pari argumento.* **Non exoratô stant adamante fores. &, Panditur ad nullas janua nigra preces; Cùm semel infernas intrârunt funera leges.** *l. 4. eleg. ult.* (423) *In Latina vulgata Lucæ 16. est,* **Chaos magnum:** *In authentico Lucæ textu Græco, χᾶσμα μέγα, ut Henricus Stephan. legit; alii, χάσμα, acuunt. Est autem,* **Hiatus,** *fissura, vorago, rictus, terræ utrimque discedentis labes, & ingens rima. Germanicus interpres, aptè vertit evangelium hoc,* **ein grosse Klufften.** *Virgil. l. 8. Æneid.* — **tonitru cùm rupta coruscô, Ignea rima micans, percurrit lumine nimbos.** (424) *Montis, (aut, montium potiùs excelsorum), supra Assyriam; versùs Armeniam, ac Septentrionem: scopulosi, & rupibus horrentis.*

(425) *Mortis necessitas.* (426) *In singulari quoque* **Frugis, frugem**, &c. *pro frugum, fruges, idonei auctores usurpant. In quibus Seneca, Thebaid. A.* 2. **Frugémque flammâ metite natalis soli.** (427) *Christi namque trepidatio, ac mœstitia in monte Olivarum, non fuit* **Passio**, *seu affectio naturalis; qualis nobis (etiam invitis) obrepit: sed* **Propassio**, *per rationem assumpta, pérque rationem etiam directa, & attemperata.* S. *Thom. in* 3. *parte Summæ, q.* 15. *art.* 4. & 7.

X. (428) **Ab horâ enim sexta** (*quæ nobis* 12. *est, adeòque Meridies,*) *die sequenti Parascevês,* **tenebræ factæ sunt super universam terram, usque ad horam nonam.** *Matth.* 27. *v.* 45. *De quarum densitate, cæterisque* περισσότεσι, *Bellarminum vide, l. de* 7. *verbis Domini, in Cruce prolatis.* (429) *Sacrosancta Eucharistia. Matth.* 26. *à v.* 26. *usque* 29. *inclus. de quo* S. *Thom. Aquin. in hymno:* **Pange lingua glorioſi Corporis MYSTERIUM.** (430) *Matth.* 26. *v.* 30. **Et hymnô dictô, exierunt.** &c. (431) *Pascha: immolatio, & consumptio, Agni Paschalis. De eo dicitur Exodi* 12. *v.* XI. **Est enim Phase,** (id est, **Transitus**) **Domini.** *Et passim alibi.* (432) *Hunc locum illustrant, ut & sequentem mox notam, ea, quæ, præter Adrichomium in ejus* Jerusalem, & *alios, tradunt, Joan. Comes Solmensis, Joan. Werlinus Baro Zimmeranus, Melchior Seydlizius, Silesius; Joan. Ehrnbergius, eques auratus; Leonard.*

Rauch-

Rauchwolfius, Auguſtanus medicus ; Joan. Tucherus Norimbergenſis, & Joan. Helfricus , civis Lipſienſis : qui omnes Cedrónem inſpexerunt αὐτόφθαλμοι. *Ex his , eminent, quæ Helfricus tradit in ſuo anni 1565. &c. hodœporico.* Nach diſem ſeynd wir kommen an den Bach *Cedron.* allda giengen wir über ein kleine Bruggen. Alß man hinüber kombt ; ſo kombt man auff einen ſteinigen felſigen Boden : da ſollen die Juden den HErrn Chriſtum haben zu boden geſtoſſen/ *&c. En, cœptam jam tunc, paſſionem ! Clarius aliquid Tuchérus in ann. 1479. & 1480.* Darnach giengen wir abwarts / in das Thal *Joſaphat* , zum Bach *Cedron.* Darüber iſt ein ſteinene gewölbte Bruggen : wiewol im Sommer kein Waſſer da fleuſſt. So ſagt man vns doch/ daß in der Faſten/ vnd in der Zeit des Jahrs / da GOTT ſein Marter gelitten hat / allweg ein groſſer Fluß allda fleuſſt. Vber denſelben Fluß / da jetzt die Bruggen iſt/ iſt das Holtz gelegen; da man das H. Creutz daraus gemacht / daran GOtt gelitten hat : das iſt ein Steg geweſen. Darüber wolte die Königin von *Saba* nit gehen : dann ſie erkennet im Geiſt / daß der Erlöſer der Welt daran den Todt ſolte leyden. *His conſentiunt , quæ Werlinus refert an. 1483. & 84.* In dem Thal ſeynd wir an den Ruſch *Cedron* kommen ; vnd giengen da / über ein gewölbte ſteinerne Bruggen ; wiewol in der Zeit (*15. Julii*)

lii) vnd den gantzen Sommer / nit ein Tröpflein Wasser alda rinnet. Doch sagt man; daß im Winter / vnd in der Zeit des Leydens Christi / ein grosser Fluß dahin abrauscht: alß man dann auch wol sehen mag / bey den Steinen / am Grunde. Vber den Fluß / da jetzund die Brugg ist / da ist zu *Salomons*-Zeiten / das Holtz hingelegt / für einen Steg / aus dem das heilige Creutz gezimmert war. ꝛc. *Joann. denique, Comes Solmensis. an.* 1483. &c. Darnach (den 14. *Julii*) giengen wir abwarts / in das Thal *Josaphat*, zu dem Bach *Cedron*, welcher zu Sommers-Zeit trucken: Aber / im Glentz / vnd vmb die Fasten / ist er wasserreich (*Seydlizius ait*, wiewol er nimmer fliesst / es sey dann Winter / oder sonst feuchte Zeit /) vnd hat ein steinene Brugen (so hernacher erst) von S. Helena gemacht / an dem End / da das H. Holtz ist gelegen / daraus das Creutz Christi ist gemacht worden. Man sagt auch; daß dasselbige Holtz sey ein Steg gewesen / über denselbigen Bach ꝛc. *Textus Græcus de torrente hôc ait*, S. *Joan. cap.* 18. *v.* 1. πέραν τῦ χειμάῤῥυ τῶν κέδρων: *corruptè, pro* τῦ κέδρων, *ait Cornel: in hunc locum.* (433) *Transversâ, & secundùm latitudinem jungente ambas torrentis ripas. Alemannicè*, Steg. *Vide notam, proximè superiorem.* (434) *Auctores, tertiâ abhinc notâ allati*, Lignum, *memorant*: ligni speciem, *tacent. Nos tamen, Cedrum exprimendo, allu-*

alluſimus ad illam veteris & pii poëtæ ſententiam: ex quo Eccleſia, feſtis S. Crucis Inventæ, & exaltatæ, ſumpſit antiphonam ad Benedictus, ſeu Zachariæ Canticum, **Super omnia ligna Cedrorum, tu Sola** (*putà*, *Cedrus*) **Excelſior.** (435) *Cras ſcilicet, die Paraſcevês. Vide notam abhinc quartam. Hæc vulgi eſt opinio. Doctioribus quid, hôc locô, ſentiendum, Gretſerum vide, de Cruce; Cornel. à Lapid. aliósque Commentatores: & Conciones de Paſſione doctiſſimas Carthagenæ.* (436) *In Auſtrali ripa.* (437) *Orientalis venti, in flumen adverſum tunc violenter ingruentis.* (438) *Paræmia, eſt polemica, & à bellis petita: quorum Extremum vulgò, ſummæq; ſpei ſubſidium, ſunt* **Legionarii triarii**: *ut, ex occaſione belli Civilis Cæſaro-Pompejani, oſtendo, libr. de Ortu & Interitu Reip. Rom. Vet. Germani dicunt,* **Es kombt auff den letſten Mann: Es iſt ernſt: Es gehet an die Riemen.** (439) *Vox Julii Cæſaris, Rubiconem amnem, 81. ante Chriſtum natum annô tranſeuntis, ad difficile capeſſendum bellum;* **Eatur!** (inquit) **quò Deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas, vocat. Jacta alea eſt,** inquit. *Atque ità trajecto exercitu, &c.* (440) *2. regum cap. 15. v. 23.* **Rex** (*David, Abſalomum filium fugiens*) **transgrediebatur torrentem Cedron.** *Infrà quoque, v. 30. Porrò David aſcendebat clivum olivarum, ſcandens, & flens, (ut & ſuprà v. 23. indicatur, de tranſitu torrentis) nudis pedibus incedens. &c.* (441) *Chriſtus, de ſe loquens pſalmo 2. introducitur, verſu. 6.* **Ego autem conſtitu-**

ſtitutus ſum Rex ab eo (*nempe, Deo Patre*) ſuper Sion montem Sanctum. *David quoque, & alii reges Ferosolymorum, in arce montis* Sion *habitârant. Vocis porrò,* Sionii, *duæ poſtremæ ſyllabæ, in unam coaleſcunt,* Senecæ *exemplô crebrô: ut & alibi doceo.* (442) *Pſalmus* 109. *quem totum eſſe de* Chriſto, *tota ſemper credidit Eccleſia; prælucente ipſomet etiam* Chriſto, *Matth.* 22. *v.* 44. *Hujus ipſius ergò pſalmi verborum ultimorum* (humano loquendi modô) *in recordationem Dominus incidit, tranſitô jam, retróque ſpectatô,* Cedróne; De torrente in via bibet: propterea, Exaltabit caput. *Vide & Cornel. in v.* 1. *cap.* 18. S. *Joan.* § Trans. (443) *Gulæ, & ingluviei, primorum parentum. Genes.* 3. *v.* 6. *Dicitur autem gáneum, i. & gánea, æ.* (444) *Herbam venenatam; quæ &* helléborus *dicitur, mentem evertens.* Jo. *Sinapius. Contrita verò, in ſuccum, & hauſtum, redigitur. Perſius Satyrâ* 1. Ebria veratrô, non ſiqua elegeîdia crudi — *Et Lucilius.* Præterea nobis veratrum eſt, acre venenum. (445) *Iſaiæ c.* 63. *v.* 3. De gentibus non eſt vir mecum. (446) *Ejulationis lugubris. Cic. de Legib.* (447) *A* grege (*i.e. cœtu multitudinis*) *ſeparati.* Segrex, egis. *gen. omn. ſuprà.* (448) *De quorum* (12. *ſcil. Apoſtolorum*) *unô, per os Davidis dicit vaticinans, pſal.* 54. *v.* 15. Tu verò, homo unanimis &c. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. &c. (449) *Joan. XI. v. XI.* Lazarus, Amicus noſter, dormit. (450) *Matth.* 26. *v.* 72, *&* 74. *Marci* 14. *v.* 71.

Lucæ

Lucæ 22. *v.* 57. (451) *Matth.* 16. *v.* 16. (452) *Marci* 14. *v.* 71. **Cœpit anathematizare, & jurare.** (453) *Isaiæ* 63. *v.* 3. (454) *Propriè*, **Vicus angustus,** *aut etiam sine exitu, impervius, & flexuosus. hîc metaphoricè*, **Angustiæ mentis.** (455) *Felix Fabri, in Itinerario suo, ad* 15. *Julii, inter tres opiniones, secundô locô ponit eam; quæ* **Vallem Josaphat** *dictam asserit à Rege Josaphato: cujus etiam cippum, seu* **monimentum Sepulcrale,** *dicunt fuisse, altissimum quoddam, & peramplæ capacitatis, saxum; turris in formam ædificatum, & excisum: quod anno* 1484. *adhuc se reperisse ait, in valle Josaphat, viâ, inter montem Olivarum, & torrentem Cedrónem: additque,* **vnd ist der alten Todtengräber eins.** *Quod ut propiùs assequâre; cognosce; Quid fuerit reipsa Vallis ista, & Quid hodiéque sit. Est ea, Vallis tenebrosa, ut ait Adrich. in Jerus. n.* 117. *lata, Christique adhuc tempore profundissima, inter Jerosolymam, & montem olivarum, interposita: cingens à plaga Solis Orientali totam urbem. Eam transit torrens* **Cedron.** *Illius profunditatem ingentem (ac tantam, ut in eam despicientibus è tecto templi, oculi caligine vertiginosâ suffunderentur, inquit in Jerosol. n.* 117. *Adrichom.) implere quidem Romani sub Tito conati sunt (ut & sub Ælio Adrianô) injectu terræ advectitiæ, ruinarumque templi, & urbis. neque tamen ad voti sui summam penitùs pervenerunt: quippe, depressione adhuc satìs profundâ superstite. Ideóque Vallis hæc, ut ante* **Christi** *tempora* **commune** *fuit* Urbis totius

totius cœmeterium; *sic & post Christum, & hodie, Turcicorū est cadaverum. In hac &* judicabimur. *Zachar.* 14. (456) *Sepulcris plurimorum, & conditoriis, cavernas habentibus, more prisco. Erat enim, ut dixi, Vallis hæc, commune Jerosolymitarum* πολυάνδριον, *seu cœmeterium.* (457) *Christus ipse: qui sic cognominatur, Apocal.* 5. *v.* 5. Vicit Leo de tribu Juda. (458) *Vide postrema verba, notæ* 455. (459) *Quid sit* Euripus, *& propriè, & metaphoricè; dixi suprà libro hôc, ad Lazari & Epulonis historiam.* (460) Cimmerii *montes, supra Albaniam Asiaticam, in Septentriones jacent. Ibi tenebræ adeò spissæ sunt; ut Naso metamorph.* XI. Somni *sedem illic collocârit. Vide* Cl. *Ptolem. tabulam Asiæ* 2. Erat *porrò* Nox; *cùm* Jesus *in Olivetum est egressus. Joan.* 13. *versu* 30. (461) *Stella Vespertina. suprà.* (462) *Lunæ; quæ poëtis est soror Phœbi, seu Solis.* (463) *Planetæ frigidissimi, in effectu.* (464) *Stellæ* 7. *in capite Tauri; ortu occasuque suô semper imbriferæ.* (465) *Non enim ad torrentem illum, arbores (ut quidam opinati sunt)* cedri *crescunt: de quo vide Corn. in c.* 18. *Joann. v.* 1. *sed faciliùs ibi salices & alnos invenias. Esto, potuerit eò Libanoticæ cedri truncus advehi; è quo ponticulus fieret trabalis, supra rivum illum; donec pontem saxeum ibidem postea struendum curaret* S. *Helena.* (466) *Jesus Christus noster.* (467) *Apostolis: qui Christum ad agonem sanguineum sequebantur.* (468) *Petrum, Jacobum,*

Joan-

Joannem. (469) Octo Apostoli; jussi à Christo interim interquiescere ad prædium Gethsemani: ut scribit S. Matth. c. 26. v. 32. (470) Κάθις, εως, sedimentum, pedamentum, fundamentum, & illud omne, cuj aliquid incumbit, innititur, insistit: ut sunt columnarum bases. Orbiculi quoque orichalci, quibus catina in mensis imponuntur. Tischring. Trebatius IC. de lega. l. 3. Cuj Corinthia vasa legata essent, & bases. &c. (471) Villa erat, ad radicem montis olivarum; frequentata incolis rusticanis: & spectans ad Jerosolymitas. Aleman. Schwaig. Vicum alii faciunt minusculum, germ. Weyler. Græcè dicitur, ac scribitur, Γεθσημανῆ. (472) Jacobe, & Joannes, filii Zebedæi. Matth. 4. v. 21. (473) Conquinisscere, propriè, & primævô significatu, est; Caput inclinare, Plauto. Quod, quia plerumque dormiturientibus èvenit: sumitur secundariâ significatione, pro, Dormiturire: utì hôc quoque locô. (474) Ad Ephes. postea S. Paul. cap. 6. v. 16. In quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. (475) Palma, Victoriæ insigne. suprà. (476) Tam grandis, ut volam manûs repleat. sic de pomis Maro 2. Georgic. p. init. — nec surculus idem Crustumiis, Syriisque pyris, gravibúsque volémis. (477) Christum namque, ad horti Rupem, in Oliveto supplicâsse, docet, & in sua Jerosolymæ tabula exprimit, Adrichom: quem vide, num. 188. (478) Regis vocabulô, & paullò suprà etiam expressi Christum; & sæpius

pius exprimam inferiùs : imitatione Nonni, poëtæ Græci, *doctissimi juxtà religiosissimique; qui, variandæ vocis causâ, crebrò pro Christo, & Jesu &c. ponit* Καστλῆα, ἄναντα, ἀνάντορα, *& similia alia. Et verò* Rex *verissimus, etiam vi vocis Messiæ*, JESUS *noster est : ut & ipse Pilato fassus est. Joan. 18. v. 17.* (479) *Hebræ: 5. v. 7.* Qui, in diebus carnis suæ, preces supplicationésque ad eum, qui possit illum salvum facere, cum clamore valido & lacrymis offerens, &c. (480) Sacrificando *Deum placare ; & id, cuj impetrando offertur*, impetrare. *Virg. Æneid. 2.* Sanguine quærendi reditus ; animäque litandum Argolicâ. *Alius* — Victima nulla litat. &c. *Et eundem in sensum Sueton. in Julio :* Deinde, pluribus hostiis cæsîs, cùm litare non posset. *&c. i. e. cùm felicia aruspex è nulla hostia posset promittere : ut in Jugurth. Mario sacrificanti aruspex apud Sallust. Discrimen igitur inter* Sacrificare, *&* Litare, *permagnum est. quod rectè Anton. Maria Bassa, Cremonensis, in suo Virgil. Indice*, observat. (481) *Montis Oliveti.* (482) *Montis Calvariæ.* (483) *Cratéris Infernalis.* De hoc Cratere (*cuj Calix passionis Christi adsimilatur*) *ità scribit Carol. Steph.* Crater, à vasis similitudine, in monte Ætna, vocatum est foramen illud ; per quod Ignis evomitur. *Ovid.* Et pronos currus mediô cratere recepit. Verùm, novissimîs his annis, primus hic Crater, in ingentis voraginis formam

formam dilatatus est : & alter Crater factus est, non in vertice montis, ut primus, sed circa medium montem, à latere. Duo ergò hodie Cratéres videntur. *Sic ille.*(484)*In* Lemno *Insula Vulcanus, ignis Deus habitus, diu egit,& opus fabrile fecit. Est hæc Insula maris Ægæi, ad Septentrionem.* (485) *De Insula Liparâ, unâ è Vulcaniis, suprà dixi, ad historiam mendici Lazari.* (486) *Arborum* **olivarum** : *quæ* **Pacis** *olim insignia, & pignora. suprà, ad l. 3. in Zacharia, ex l. 7. Æneid. Virgil.* (487) *Calicem, formâ cratéris.* (488) *De* **Lerna**, *palude Achaiæ ; in qua* **Hydra** : *superiùs dictum. Hîc* **Orcína**, *hoc est, Infernalis, intelligitur palus.* (489) *Valida, & admodum musculosa, brachia habentibus; ut* Gigãtes *habent* (490) *Inferni.*(491)*A primo homine, damnatô ad Inferos, usq; ad postremũ.*(492)*Inferni.*(493) *Proserpinæ, Inferorum Reginæ. nam* **Hécaten** *illam trifidam, in cœlo* **Lunam**, *in terra* **Dianam**, *in Inferis* **Proserpinam**, *esse dicique, Carol. Steph. asserit.*(494) *Stabulum, & stabulationem, in Cratére locum habere, sive Ætnæ, sive Gehennæ, nemo mirabitur; qui vastissimam ejus capacitatem, superiùs descriptam, considerabit.* (495) *Alieni matrimonii, & nuptiarum : quibus tedæ prælucebant. suprà, ad l. 2. in Job. & l. 3. in Tobia. & alibi.* (496) *Incestus, seu, copula cum persona consanguineâ.* (497) *De quibus agitur Apocalypseos cap. 21. v. 8. &c.* (498) *De quô, ejúsque Impœnitentiâ finali, egi Ruinarum Illustrium Decad. 1. in Ruina Caini.* (499) *De his memorat,*

morat, ut terræ totius impudicis ac violentis corruptoribus, liber Genes. c. 6. v. 4. Job. cap. 26. v. 5. Baruch. 3. v. 26. & 27. & 28. (500) Aliô, & Græcô, vocabulô **Belus** dicebatur, qui Sacræ Scripturæ **Nemrod** est. Genes. 10. v. 8. & 9. & 10. De hoc, egi in Ruina Turris Babyl. decad. 1. (501) Qui cum Dathan, & Abiron, descendit in infernum vivens. Numer. 16. v. 33. (502) Hôc nomine fuisse Pharaonem illum, Ægypti tyrannum, qui cum suis periit in Sinu Arabico, seu mari Rubro; asserui, ex auctoribus, Decad. 1. Illust. Ruin. in Ruina Pharaonis. (503) Hic est ille, qui cum Cozbi Madianitide, in ipso stupri flagitio mediô, confossus est à Phinea. Numer. c. 25. (504. De hoc impio gigante, & rege Basan, agit Moyses Deuter. 3. à v. 1. usque ad 12. (505) De interitu harioli Balaam, agitur librô Numer. 31. v. 8. (506) Qui seipsum scelestissimè suspendit, in statu peccatorum grandium. 2. reg. c. 17. v. 23. (507) Quem, sororis suæ defloratorem, & tunc ebrium, Absalom interfecit, frater ejus. 2. reg. c. 13. (508) De cujus impiissimæ præcipitiô agit 4. liber reg. c. 9. à v. 30. Placuit autẽ, hæc nomina retinere sic, in primigeniæ suæ linguæ Rectis, (etsi nullo poterant negotio flecti Latinam in formam, ut **Cainus**, **Cores**, Ogus, Balaámus, Absolómus, Jezabéla) Latinorum ipsorum imitatione: qui nomina Punica, è Phœnicia, Chanaanitidèque, pleraque allata, sic intacta reliquerunt passim; ut dicerent Hannibal, Hasdrubal, Hamilcar, Adherbal, Hiempsal, Dabar, Aspar, Bomilcar, Suthul, Muthul, & id ge-

id genus alia. (509) *Regina Assyriorum; ob incestum, à filio Ninya petitum, ab eodem interfecta. de qua, Decad. 1. Ruin. Illust.* (510) *Phlégethon, inferorum fluvius, semper* φλεγέθων. *i. e.* **ardens.** (511) *Navita, & portitor, infernorum amnium & stagnorum.* (512) *Sodoma, Gomorrha, &c. Genes. 18. & 19. & Sapient. 10. v. 6. 2. Petri. 2. v. 6. & Judæ. 7.* (513) *Septentrionalis cœli frigus.* **Arctus,** *i. e. Ursa, cœlestis constellatio. indè, Polus arcticus, vel Arctous.* (514) *Orientalis.* (515) *Antarcticus. Illuc enim vergunt Æthiopes, Abassini dicti.* (516) *Ex psal. 10. v. 7. hæc, & quæ sequuntur, petita sunt.* (517) *Psal. 10. v. 7. fin.* (518) *Hæc è Deuteron. cap. 32. à v. 32.* De Vinea Sodomorum, vinea eorum (*Impiorum*); & de suburbanis Gomorrhæ: uva eorum, uva fellis; & botri amarissimi. Fel draconum, vinum eorum; & venenum aspidum, insanabile. (519) δίψας, ἄδηος, ἡ ἔχιδνα, *serpens est, & ipse siticulosus; & morsu inflictô læsis sitim* (πλὴν δίψαν) *creans, inextinguibilem, ac lethiferam. Hujus* **Sitis** *vehementiam exprimit in gehenna dives epulo. Luc. 16. à v. 24. &c.* (520) *Fluvii Inferorum. suprà, sæpe.* (521) **Volvulus,** i. *aut, ut Sinapius effert,* **Volvula, æ,** *bestiola, sive vermis est, primitivâ significatione: sic dictus, quòd frondibus involvat se; edsque excedens, amputet. Indè medici, nomen hoc transtulerunt ad* **morbum**, *qui, acutissimâ sui convolutione, flatibusque intestinis, ilia contorquet;*

barbaris, **Miſerere mei**, *dictus. Plauto vermiculus ille*, **Involvulus**; *Catoni verò*, **Convolvulus**, *dicitur.* (522) *Cerberi.* **Tænarius** *dicitur, quia Inferorum Canis*; *&* *Tænarus, aut* **Tænara, orum**, *à poëtis ideò pro* **Tartaro** *nonnunquam, &* **Inferno**, *ponitur; quia illic os, & fauces, Inferni credebantur eſſe. Prudentius contra Homœuſionitas* — **ubi Tænara triſtia, vaſtô In præceps dejecta Chao? latebroſus & ilic Amnis** -*Ac Virgil. l. 4. Georgic:* **Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis, Ingreſſus &c.** *Adde: quòd è Tænari montis antro* **Cerberus** *eductus ab Hercule, monti ſibique perpetuum fecerit* μνημόσυνον. (523) *Qualis Impiorum apud Inferos dolor ſerus, &* **pœnitentia poſt feſtum** (*ut ajunt Græci*), *deſcribitur Sapient. 5. à v. 2. uſque ad v. 16.* (524) **Ibunt hi in ſupplicium æternum.** *Matth. 25. v. ult.* (525) *Jeſu Chriſti.* (526) *Ità* **fundum** *vocari* **Cratêris** *hujus, latiſſimi profundiſſimique,* (*fæculentum ſimùl, ac putidum; utì lacunarum,*) **congruebat. Muria** *verò*, **ſalſilago** *eſt Plinio. Hiſpanis*, **Salmuera.** *Cæterùm, univerſum hunc locum, de* **ebibendo** *Calice Paſſionis*; **in expiationē ſcelerum Orbis,** *quibus æternæ pœnæ debebantur, admodum illuſtrant, quæ ſacræ litteræ, commentariáque in illas, de hoc argumento, ſuggerunt. Ut, exempli gratiâ, Iſaiæ cap. 53. v. 6.* **Poſuit Dominus in eo** (*Chriſto patiente*) **iniquitatem omnium noſtrûm.** *Iſaiæ cap. 45.* **Præbuiſti mihi laborem**

in

in iniquitatibus tuis. Joan. Evangelii cap. 1. v. 29. Ecce, agnus Dei: ecce, qui tollit peccatum mundi! *in quem locum vide, præter alios, etiam Cornel. à Lapide, pag. 270. columnâ 2. ad med. Item, in epistolam S. Joan. 1. cap. 2. v. 2.* Ipse est propitiatio pro totius mundi *peccatis. Eundem quoque Cornel. in Matth. cap. 26. v. 27. §.* Porrò aliæ mulræ. *& v. 39. §.* Posterior. Videbat Christus *&c. ubi de caussis sudoris sanguinei, & tristitiæ Christi, Georgium quoque Schererum expende, Concione de Passione Domini; ubi de X. agit tristitiæ Christi caussis; in Oliveto: speciatim verò, in Caussâ 2. & 7. (527) Hunc Senarium dividi oportebat, ob S. Scripturæ interponendam sententiam, & textum: nec tamen sinè exemplo Senecæ, Thebaid. Actûs. 1. fine: & A. 2. initiô. nec non Nonni in S. Joannem, capitibus 2. 4. 7. 9. 15. 17. & 19. (528) Putorem, è fœcibus calicis. suprà. (529) Sentium genus est (Aleman.* Krätzdorn/ Stechdorn/ Dornheggen) *asperrimum aculeis: tametsi vernô tempore floris odoratissimi. A Sinapio scribitur, r, sinè aspiratione. Græcis est,* ἡ ῥάμνος, *&. (530) Universum sanguinem. (531)* Anima enim omnis Carnis, in Sanguine est. *Levitic. 17. v. 14. ubi vide explicationem Corn. à Lap.* Humor *certè* principalis *in animante, adeóque & homine, est Sanguis; unde vivitur. (532) Hanc enim vim habent Græci styli verba, Luc. 22. v. 44.* ἐγένετο δὲ ἱδρὼς αὐτοῦ, ὡσεὶ θρόμβοι αἵ-

ματος &c. *quasi grumi quidam & globi sanguinis quales sunt grandinis, atq; sanguinis concreti.* (533) Preces, cum clamore validô, & lacrymis, offerens. *Hebr. 5. v. 7.* (534) Virtus boni operis (*& quodammodo anima illius*), Perseverantia est: Et, qui perseveraverit. usque in finem, hic salvus erit. *ait S. Gregor. homil. 25. in Evang.* (535) *Infimâ parte illius petræ: ad quam Christus in Oliveto orabat Patrem.* (536) *Somnum* alatum, & alitem, *Maro facit 5. Æn. v. 11. a. f.* (537) *E psalmo 23. & Jubilus S. Bernardi consentit.* §. Rex virtutum, rex gloriæ, &c. (538) *Sathanæ, & Inferni totius.* (539) *Æstimatoris, examinatoris, & Judicis ponderum. Alemann.* Wagmaister. (540) *Matth. 14. à v. 28.* (541) *Tangitur illud Christi, postea Petro dictum, Matth. 23. v. 53.* An putas, quia non possum rogare Patrem, & exhibebit mihi modò plusquam Duodecim Legiones Angelorum? (542) *Populi Romani Quiritium; ut loquebantur veteres. Liv. l. 1. ab U. C. Quantus autem vulgò peditum numerus inesset* Uni Legioni, *pro temporum, & occasionum, disparitate; docui l. de Ortu, & Occasu, Reip. Vet. Rom.* (543) *Matth. 27. v. 46.* Circa horam nonam clamavit JESUS voce magnâ, dicens: Deus meus, Deus meus! ut quid Dereliquisti me? (544) *Lucæ, c 23. v. 49.* Stabāt autem omnes noti ejus, *à longè:* hæc videntes. (545) *Matth. 27. v. 38.* Tunc crucifixi sunt

cum

cum eo duo latrones : unus à dextris, & unus à sinistris. (546) *Ut* ánthraces, *seu carbunculi.* Probitas, est Carbunculus. *Arbiter, in Trimalcione.* (547) *Eadem ipsa stella, quæ, vespere exoriens, dicitur* Hesperus, & Vesperugo; *manè rediens, dicitur* Phosphorus, *seu* Lucem-ferens, & *latinis Lucifer. suprà.* (548) Cœli. *suprà, sæpe.* (549) *Infernus, & numerus damnatorum.* (550) *Exodi 15. v. 23. de quo loco, & re, dixi quoque l. 2. V. test.* (551) *Hebræa : ab Isaac, seu Isac.* (552) *Viperarum siticulosarum. vide superius notam. 519.* (553) *Ovid. l. 3. de Ponto. eleg. 1. de Scythia Tomitana.* Tristia per vacuos horrent absynthia campos; Conveniénsque suo messis amara loco est. (554) Oblatus est *enim*, quia ipse voluit: *Isaiæ c. 53. v. 7. Hinc Dominus de se Joannis 10. v. 18. dicit.* Nemo tollit eam (*animam meam, & vitam,*) à me : Sed ego pono eam à meipso. (555) *De Christi enim venerabili, tenerrimâque, carne in SS. Eucharistia, exponitur illud etiam apud S. Lucam c. 15. v.* 27. Occîdit pater tuus Vitulum saginatum, &c *& ipsa Christi oblatio, in S. Cruce,* Placuit (*Deo Patri*) super vitulum novellum, cornua producentem, & ungulas. *psal. 68. v. 32.* (556) Mola, *in sacrificiis, erat* far tostum, & sale sparsum : quo hostiarum capita aspergebantur. *Indè*, Immolare, & Immolatio. (557) *Hymnus Ecclesiæ.* Dulce Lignum, dulces clavos, Dulce pondus sustinet.

de SS. Cruce. Reformatus autem versus, habet; **Dulce ferrum, dulce Lignum. &c.** (558) *Montis Calvariæ vertici.* (559) *Joann. 18. à versu 3. usque ad v. 8. ubi & prostrâsse sermone suo milites, ac lictores, refertur: JESU Nazarenô nominatô.* (560) *Marci Senecæ Rhetoris est, in Controversiis. Arbiter, in Tessarta,* **promulsidem** *nominat;* **antecænam** *alii, i. e. cœnam, cibum, vel potionem, quo sè quis, ad instantem pugnam parat: ut Sueci ante annos 10. adversùs Danos, adusti vini haustu. Joan. Woveren plura, in locum illum Arbitri, sed nobis* ἄτοπα, *&* ἀπρεπῆ, *ex Apul:* (561) **Molâ olearià:** *in Uvis verò, Græcis torcular est, seu lacus: in quo calcantur uvæ. Dicitur verò, &* **Trapetes** *(ait Sinapius,) &* **trapetum, i.** *Virgil. 2. Georg.*

— teritur Sicyonia bacca trapetis. (562)

ad Galatas, c. 6. v. 7.

Libri I.

Ejusdémque Testimoniorum, & Observatiuncularum,

Finis.

TUBÆ.

ANTIQVITATUM ANGELICARUM NOVI TESTAMENTI LIBER II.

ARGUMENTA partitionum.

I. *AD modum ferè illum, quo Horatius olim, libri 2. Odâ 9. Valgium avocare conatus ab assidua deploratione mortis dilecti Mysta, invitavit eundem ad hilaritatem, ac latiora modulanda; abstrahitur & hôc loco Melpómene, à gestis S. Passionis Christi, ad celebrandam jam quoque Resurrectionis ejusdem gloriam, atque lætitiam.*

II. *Christus, consummatô nostra Redemptionis opere; cùm mortuus, corpore tenus, ac sepultus esset: secundùm Animam, descendit ad Inferos; & Electos Veteris Testamenti spiritus exhilaravit. De Resurrectione verò Domini dubitantibus plerisque ejus sectatoribus, ac tantùm non desperantibus, etiam usque ad indignationem siderum, & superioris mundi; repentè Christus, diei tertii summô diluculô, nullo suo labore strepitúque, se-*

pulcrô redivivus exiit: & hoc, irremotô tunc adhuc penitùs lapide monimenti. id, quod ratio naturalis nulla, ſuô acumine, deprehendit: quiô pacto Mortuus, ſeipſum, ac ſuapte virtute, in corpus, & vitam, ac lucem hanc, reduceret? cuj naturaliter alioqui corruptio timebatur. Nempe, Divinitas Chriſti, ſuam reſuſcitârat Humanitatem.

III. *Permanſuris porrò in incredulitate perniciosâ Articuli Reſurrectionis diſcipulis; iter Fidei monſtrârunt omnium primi cœleſtes Angeli, (quos fuiſſe tres, docti quidam Commentatores demonſtrant): dum pii, ejuſdem numeri, matronis, nunc collectis unà, nunc ſeparatis, apparentes; anáſtaſin Domini nuntiant. Eorum, ad ipſas, oratio, apud omnes ferè Evangeliſtas poſita diviſim, ſed in unam tendens ſententiam, hôc locô ſummatim introducitur in Infinitivo: quippe, hiſtoria fuſioris notitiâ jam aliàs apud omnes piosſparsâ, & verbis inſuper Evangeliſtæ Marci narrationi Jambica præfixis. Quibus additur ea, quæ Evangeliſta, maximè Joannes, refert, c. 20. de reliquiis ſepulturæ Chriſti, in tumulo repertis: déque Magdalenæ lacrymis, ibidem relatis: &, quæ denique S. Marcus c. 16. v. 8. Invaſiſſe eas* tremorem, & pavorem, *cùm è monimento exirent: ubi S. Matth. c. 28. v. 8. timori admiſcet etiam* gaudium magnum.

IV. *Diverſiſſimus interim, ab hoc ſanctarum mulierum pavore, fuit tremor ille militum, ſepul-*

crâ

cri custodum; utpote, flagitiosa conscientia mortalium. Hos enim Angelus primùm *vehementer exterruit, suô, per regiones aêris, & cassitarum, jam modulantium, agmina repentinô descensu, in terram urbis Ferosolymæ Septentrionalem; quà hæc occasum æstivum respicit: dum Calvariæ montis, ejúsque vicinia, fundum omnẽ in tremorem dat: sepulcrum concutit; lapidem sepulcri transmovet; & transmotum sessione occupat: ex eóque pias matronas docet; quò & ipsæ, post hæc, alios doceant. Exsternavit* deinde *eosdem milites Angelus longè vehementissimè, jam non tonitrîs duntaxat terræmotûs; sed insuper fulgure, claritatéque nimiâ, sui aspectûs, malè sibi conscios quodammodo fulminando: cùm, è contrario, fœminas religiosas gaudiô denique perfunderet. Inseritur autem his hypotypósis atrocis tempestatis, æstivâ nocte omnia miscentis.*

V. *Quadragesimô post Resurrectionem appetente die; sic exigentibus meritîs, & decretô Dei, Christus accingitur ad iter in cœlum, etiam in Humanitate suâ possidendum: noster illuc antecambulo, & sequendi exemplum. Ascendit autem, propriâ virtute, è summitate Montis Olivarum: magnâ mortalium præsente multitudine; innumerâ verò, Angelorum, &* Spirituum *beatorum, ex hominibus assumptorum: quæ per Inductionem homœoticam, à sylvis maximè petitam, deducitur. Splendor, habitúsque, describitur Ascendentis: valedictio à SS. Matre Virgine: benedictio,*

multitudini impertita : impressa monti Olivarum vestigia-pedum : ingressus ejus in cœli altitudines, instar virgæ fumi copiosi, & ardui, è thure, in nubila scandentis. aviditas spectandi insatiabilis, in discipulis : nec cessatura; nisi nubes demum interposita, Christum, & oculos suorum, segregâsset. Post quæ tamen omnia, nihilô quietior est eorum, de Christo recuperando, conjecturarum, & interrogationum, curiositas. Sed hanc Angeli duo reprimunt : stationem mutare jubentes, in abitum; & otium, in expeditionem Apostolicam, cursúmque per omnia mundi regna, præparanda Adventui Domini secundo : hoc est, Judicio Extremo.

VI. Peractâ ad Apostolos admonitione, Angeli sic ab eis in cœlum discedunt; ut nec suâ tamen, nec aliorum Angelorum, curâ, eos destitutos esse in terrâ patiantur. Apostoli verò, post acceptum Spiritum sanctum, incipiunt, unà cum 72. discipulis, in Judæa primùm, ac Samariâ, disseminare Evangelium. In his, S. Philippus, unus è 7. primis Diaconis, è Samariticis laboribus regrediens, Angeli hortatu, se das Æthiopi, Candacês reginæ Magno Thesaurario : eúmque, per occasionem Isaiæ prophetæ, diligenter ei explicati, perducit ad Fidem in Christum; &, post institutionem in moribus quoque, quos Fides exigit, baptismô tingit. qui deinceps, ea, quæ didicit, & accepit, à Philippo, etiam aliis plurimis, ac nempe gentilibus suis, infundit. Philippus verò, ab Angelo

gelo abreptus aliorsum, diversis oppidis, ac populis, Philistini maris accolis, Christum instillans; oram littoris aridam, facit roscidam, & virentem: alibi, regiones nigras, reddit albas.

VII. Quod Angelus Philippo, Philippus verò regionibus, præstitit; hoc Angeli alii Apostolis, & Apostoli deinde, terrarum regnis: ut nempe mitterentur, & irent, non, è suo quisque, sed è Dei arbitriô, ac directione. Quod expertus Divus Paulus est; quibusdam à regionibus, ceu necdum conversioni maturis, avocatus à Spiritu divino: è diverso verò, per Angelum, Macedonis habitu personatum, secundùm quietem, accitus ex Asia in Europam; nominatímque ad Macedoniam, Christo adjungendam. Angeli porrò oratio, mentionem inspergit regionum, fluminum, montium, & urbium, maximè Macedonicarum, complurium: quibus tamen clara lux, partim è Gracia Sophiani; partim, (& magis) è Notis, quæ numeris respondent, affunditur. Inter duas, S. Paulo commendatissimas, Macedoniæ urbes, Philippos nimirum, & Thessalonicam; posterior, propter Quantitatem prosodicam, Senarii Senecai legibus exauctoratam, nominari nequit: intelligi verò potest, è periphrasi. Stimulanti porrò per quietem Angelo, negotiosè Paulus obsequitur.

VIII. Angelorum, pro Macedonia, sollicitudo, in urgendâ ad eam Apostolicâ Legatione; non minùs complexa est & gentes alias Europæas. Ex Gentibus autem, extra cœlum Asiaticum geni-

tis, sive inter Italicas, sive inter Hispanas, erat & (qui Idolorum aliquando cultor, cum periculo sempiternæ damnationis, fuerat) quidam, Cæsaréæ Palæstinæ tunc degens, centurio, Cornelius. Is, paulatim tamen, sentiens, Latinorum, & Syrorum, religiones esse impias, Judæorum verò speciosam quidem, sed è vitâ cultorũ suorum suspectam, & infamem; in magna secum animi pugna erat; & in veneratione Numinum, ac simulacrorum Italiæ, (præsertim castrensium), etiam simulatâ duntaxat, & extrariâ, perituræ. Naturali tamen bonitate quadam, & virtutis amore politicô, orationibus tandem, ac liberalitate in pauperes, (quarum pretium, & utilitas, delibatur) præparante viam; Angeli demum, apparentis ei, ministeriô, Petríque Apostoli, ejus impulsu Cæsaréam accíti, operâ, cum omni domo suâ Christo adjungitur. Cujus historiæ series, ex fide Sacri codicis, summatim enarratur.

I. Ex-

I.

Excitatio Musæ Jambicæ, ad lætiora præteritis pangenda.

SED nos, omissîs, triste quæ refricant iter
Cadaverosi, fixa quo CRUX est, jugi; (1)
Ad amœna potiùs arva moveamus pedem:
Et, quem residuus poscit expendi labor,
Misto cothurnis, demus & socco, locum.
Nam tetrica sola, ô MUSA, quis Jambo imperet?
NEC Sol in astris Hyadas (2) assiduò uvidas,
NEC Cœlum in Hominae semper Ærumnas, probant,
Mœstásve frontes, Angeli. SERVANT MODUM,
Quæcunque superæ calculis Urnæ (3) placent:
Bonúmque & ipsum, si sit Immodicum, malum est.
Videamus ergò, festa Cœlicolûm phalanx
Quô Sole, quô felicis alloquii fugent
Zephyrô, piis offusa turbis, (4) nubila;
Madidásque, sudô (5) redditô, siccent genas?

II.

CHRISTI,

post Mortem,

DESCENSUS ad Inferos;

&

REDITUS ad vivos.

Epheſ. 4. v. 9.

Deſcendit primùm in Inferiores partes terræ.

JAM Nazarethi-flos, (6) & ætherii PATRIS,
Nymphæque pariter, neſciæ Veneris, ſacra
Propago, CHRISTUS, munus explêrat ſuum.
Cruce, morte, cunctô gentis Hebrææ impetu,
Furiîsque, victis; carnis exuvias ſuæ
Tumuli petrosô, dederat, abdendas ſinû: (7)
Animam Paternâ juſſerat condi manu. (8)
Hanc namque, Patrum inferna, ſinè flammis, loca
Subeuntem, & Umbras Sole frangentem novô,
Hilarî Piorum LIMBUS excepit chorô. (9)
Hæc inferis, Rex, Feſta; Quid nobis, dedit?

Marci c. 16. v. 9.

Surgens autem JESUS *manè; apparuit primò Mariæ Magdalenæ. Illa videns, nuntiavit his, qui cum eo fuerant; lugentibus, & flentibus. Et*

illi

illi audientes, quia viveret, & visus esset ab ea; non crediderunt.

POST, morte raptum lugubrî, Vitæ Ducem,
Restans adhuc, discipula MESSIÆ, cohors,
Utriusque sexûs; torpidô squalens situ,
Summœnianis flebat, ad Solymæ aggeres,
Abstrusa specubus: (10) Grexque, pastoris nece
(Quasi cæterorum funeri penitùs pari)
Marcebat; usque in lucis odiosam fugam:
JESU simùl dum flagrat aspectu frui;
Simùl, hæsitando, certa sub dubium vocat.
Sic fluctuantes hàc & hàc animos, scaphæ
Titubantis instar, radius, à REGIS nece
Tertius, (11) Eoæ deprehendebat facis,
Quâ Phosphori flagrabat in cœlo jubar.
Aurora vidit: ac videns, graviter tulit,
Damnans rubore, pallidis mixtô notis,
Tam claudicantem, jámque succiduam, PETRI,
Comitúmque Petri, réduce de CHRISTO, fidem.
Irrubuit &, finitor oculorum, (12) ac poli,
(13)
Roseis horizon ætherem metîs secans:
Cùm subitò, opacæ Noctis à media fugâ,
Emérita fessis quando jam Phœbi soror
Juga detrahebat, fratris ad radios, equis;
Non fabulosus ille Grajorum Hercules,

The-

Theſévsve raptor, Phryxve, (14) Didonis pro-
cus;
Sed Veritas, ſed Vita, ſed cœli Via,
Sed Lux, reverſa eſt: orbis, ac Superûm nitor;
Rex ille regum, Gloriæ cinctus mitrâ.
Jubaris ad inſtar, clauſtra per cryſtallina
Indeprehensô ſe penetrantis gradu:
Sic ille, gemini duplices ſaxi fores,
Ac militares, ad ſuum tumulum, globos,
Nec vî, nec ullâ mole perrumpens viæ,
Auræ cohibitô ſenſili motu; ſoli
In aperta ſpatia liber, ac victor, redIt: (15)
Quem cæcus atrô tumulus abdiderat ſpecû.
Mortalis iſtud nullus, aut oculi vigor,
Aut ſenſus auris, ménsve, prodigium eruit;
Impete Cadaver ut ſibi planè inſitô, (16)
Ac vî ſuâpte, Mortis è pomœriis,
Seſe ageret in ſuperna redivivum loca:
Spretôque Fati vetere Decretô, nova
Mortalitati Jura funus ſcriberet,
In ſe revertens: Quale tunc Mundo dabat
Oſtentum Iësus; propriâ ſeſe aſſerens,
E claſſe Lethês, lucis in portum, ſcaphâ.
Res mira terris! Stabat immotus lapis;
Sigilla lapidis ſalva; præcluſæ fores;
Tumulus, Quiritûm (17) ſeptus armatâ fide;
Spes evolandi nulla (ne culici quidem):
Tamen evolârat AQUILA, (18) victô Orcô,
DEUS;
DEOq; pennîs junctus agnatis, HOMO:

Cuj

Cuj tabem, & omne mortis imperium vetus,
Etiam Piorum, (at flacca,) metuebat fides.
(19)

III.

ANGELI,
Reſurrectionis Nuntii.

Marci c. 16.

Cùm transiſſet Sabbatum ; Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salóme, emerunt aromata: ut venientes, ungerent JESUM. *Et valde manè, unâ Sabbatorum, veniunt ad monumentum, ortô jam Sole, & dicebant ad invicem ; Quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti ? (erat quippe magnus valde) Et reſpicientes, viderunt revolutum lapidem. Et introëuntes in monumentum, viderunt juvenem ſedentem in dextris, coopertum ſtolâ Candidâ : & obſtupuerunt. Qui dicit illis ; Nolite expaveſcere ! JESUM quæritis Nazarenum, crucifixum. Surrexit ; non eſt hîc : ecce, Locus, ubi poſuerunt eum. Sed ite : dicite diſcipulis ejus, & Petro : Quia præcedit vos in Galilæam. Ibi eum videbitis; ſicut dixit vobis.*

QUIS tunc, quis (oro) mentibus, Chriſto ſacris,
Hanc veritatis noxiam amôſſet(20) moram?

Quis,

Quis, deviantis nocte ſenſûs obrutum,
Animi redûxet (21) nube diſpulsâ, Diem?
Reduxit hunc, dum nuntiat rerum ordinem,
ANGELICA gens. Nam, Sole, poſt VITÆ necem,
Jam promicante tertiô, matrum decus
Galilæidum, myrrhifera MARIARUM trias,
(22)
Sedis nigram feralis unanimî petens
Studiô cavernam, cóncitum urgebant gradū;
Memores, amico jus ſuum dare funeri:
Lacrymas, amómum, nardon, & coſton, Syræ
Cum rore myrrhæ, ſtyracis (23), ac Cilicis croci: (24)
Cupidæque ſimùl, ut, inter extincti oſcula
Corporis, amicum dicerent Salve, ac Vale!
SALVE, ut *magiſtro* mentis; ut *medico*, VALE! (25)
Tres igitur ibant ſedulô, Nymphæ, pede:
At euntibus, ſaxíque (pro foribus ſiti
Feralis-adyti) mole, vaſtôque obice,
Perterrefactis; nec Tonans ipſe abnuit
Facilem, pios per Angelos, operam dare.
TRIAS Angelorum (conſtat hujc numero fides) (26)
Largâ videndam luce ſe terris dedit.
Duo quippe, mediam rupis irruerant ſpecum,
Pro foribus alius vigile dum curâ ſedens,
Geminis ſubinde *tertius* fieret comes.

Vox

Vox Cœlitum, tres Regis ad famulas, trium,
Fuit Una ; sed pro mille Zephyrorum (27)
sonô :
QUEM mortis inter regna, quem terræ in
sinu,
Cadáverúmque Valle, (28) quæsîssent ; piè,
Sed non Suâ esse Sede quæsitum, DUCEM.
Nam sanè Iësum denuò vitâ frui,
Necis exsolutum pariter, ac Ligni, jugô.
HUNC, expeditum liberô passim gradum
Ferre, ac referre, per Palæstinam, pede ;
Per & æquorum, cœlíque, ventivolas vias.
Et nunc quidem, per sæva Judææ oppida ;
Mox, hospitæ per læta Galilææ sata,
Stagníque, fœti pisce Gerasenô, sinus; (29)
Aliàs, & alios capere per fines iter.
Istis, vel illis, ergò nunc Syriæ plagis
Tantisper, orbis sceptra dum caperet sui, (30)
Regem morari, rumor Angelicus refert.
ILLUC citari, quotquot etiamnum gerant
Addicta cœlo corda : præ cunctis, Petrum.
Rediviva JESU si videre, ac tangere,
Juvet ora, funerísque præteriti indices,
Clavata quinque Vulnerum vestigia ;
Cunctis theatrum facile, GALILÆAM, fore.
Quanquam, Videndi si quibus sit tam im-
potens
Prurigo; Lethi signa, sinè lethi malis,
Tumuli patére claustra. Fas cupidis fore,
Locum, sitúmque, triduô jam sub petra

Side-

Sidere carentis feretri, & indicium necis,
Lethi involucra, (31) salva prorsus, cernere;
Sindonis amictum, & fasciam: & post hæc,
Nihil.
HÆC Signa mortis sola supereſſe. (Hæc e-
rant:)
Sitúmque in oculis esse, tumulati thorum:
Regem sed ipsum cernere, & coràm alloqui;
Nec cujlibet Sorti esse, nec Merito, datum.
FIDIS adesse, subtrahi Infidis, DEUM.
HIC Angelorum sermo, pervênit, trium,
In subsequentis Sæculi memores libros:
Non dissonabant illa, quæ, mirô flagrans,
Pia MAGDALENE, Regis ungendi impetu,
(32)
Quærens, requirens, stans, vagans, flens, au-
diit
E Juvene verba, cive sidereæ domûs.
Retulêre grande Vocis Angelicæ lucrum:
(Christô licèt morante) Galilææ nurus.
Regis videndi quippe promissus locus,
Non differendus Solis in tardas moras, (33)
Quamvis, ut æquum est, mentis horrificô
pias
Sensu subiret Fœminas; mistis tamen
Tremula micabant corda Lætitiæ fibris. (34)

IV.

IV.

ANGELUS,
Militum fulminator.

Matth. 28. v. 2.

Ecce, terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo: & accedens, revolvit Lapidem; & sedebat super eum. Erat autem aspectus ejus, sicut fulgur: & vestimentum ejus, sicut nix. Præ timore autem ejus, exterriti sunt custodes: & facti sunt, velut mortui. &c.

AT, inter hæc, quàm discolor caussâ, & modô,
Fuit ille, nuper (35) acrium, terror Virûm,
Tumuli locata (36) quejs erat custodia?
Hos ANGELORUM primus, & potior,
Trium,
Horrore, qualem meruit armatum scelus,
Ac barbarorum rabida mens, exercuit.
VIX namque pulsâ nocte, Luciferi nitor,
Et ipse migrans, dederat Auroræ locum:
Ridebat æther, aura, regiones, freta,
Splendore, Zephyrô, flore, lenisluô salô.
Multiplice carmen dulce torquebat fugâ
Alauda, densis ætherem gyris secans:
Cristata cùm repentè pennigerûm agmina
Medius perágrans ANGELUS, validô scidit

Præ-

Præceps volatu. mox, ut aëriæ plagæ
Illâ ſtitit ſe parte, quæ ſub ſe ſacram
Tumuli tenebat, (jam tamen vacui,) ſpecum:
Ibi Golgothæi (37) fiſſiles petras jugi,
Quod innocentis Sanguinem JESU bibit;
Ibi, quidquid urbis regiæ fundo adjacet,
Quà Cæciarum (38) ſpirat hibernus furor,
Validô trementis impetu paſſim ſoli
Concuſſit; ipsâ Tartari quaſsâ domô.
Quin, ſimul & horto (39) Genius, & tumulo,
infremens,
Gremiúmque terræ vecte ſollicitans novô;
Saxi removit, foribus oppoſiti, ſeras:
Simùl, inter iſta, marmor, avulſum oſtio,
Cathedram ſibi conſtituit, ac ſedem, Aliger;
E qua, Monarchæ geſta redivivi docens,
Et fœminas imbueret hortatu, & Viros:
Illas, in oculis; hos procùl, per nuntios.
Sic, inquieta terra, fit Superis Quies:
Locôque vulſis, capitur, in Saxis Locus.
At non ëôdem mentis immotæ ſtatu,
Nec corporum conſtante duravit morâ,
ARMATA, quâ (poſcente Pontificum (40)
atriô)
Tumulum Pilatus (41) ſepſerat, Vigilum manus.
Hanc, enſe, galeâ, miſſilis ferri minis,
Scutísque, loricîsque, terribilem, ac ducc,
Tumultuoſus Inferi tonitrûs fragor
Humo repentè alliſit; ac, peſſum dedit.

Ruit:

Ruit: atque, non tam Martius vigil, ad latus,
(Quàm Mars sepultus ipse, jacet antri ad (42) pedem.
Hunc agminis cumulavit oppressi metum,
Metus alius, illô grandior tremuli soli:
Habitûs, & oris, splendor; oculorum faces;
Stolæque species omnis Angelicæ, novô
Flammivoma monstrô: quale nonnunquam ciet
Æstiva nox; dum, torridi tractu ætheris
Suspendit omni, gravida Caurîs (43) nubila,
Nimbósque, & igne luridos cæcô Notos.
Boat ampla circumquaque cœlicolûm domus;
Fremitúque densô vasta Superorum atria,
(Turbine rotante maria, terram, auras, polum,)
Rumpuntur. orbis nubili rabidus fragor,
Discorde secum rege ventorum, (44) furit.
At inquietus, inter hæc, rimîs micans,
Sinè fine crebris, dat procelloso viam
Æther fremitui; dat faces calido Jovi:
Scintillat aura: fulguri fulgur comes,
Per opaca volitans spatia nimborum, vomit
Unum, axe toto bulliens, incendium.
Pavidô, sub his, viator (heu! pernox simùl,
Simùl hospitalis omnis extorris spei,)
Pectore, veretur noctis infidæ vias;
Dubiôque gressum calce titubantem trahit.
Par erat, & (ulla si sit experto fides,)
Horri-

Horridior, oculis impiorum militum
Intuitus oris, ſupera quo Facies (45) dedit
Seſe videndam : quâ feri tremerent Viri; (46)
Placidæ ſed animos ſumerent Viragines :
(47)
Dum lucet iſtis Genius, ætheriâ face ;
Illísque, flammâ fulgurat Cocytiâ. (48)
HÆC, Rege, domito ab hoſte, referentî gradum,
Prompsêre ſigna Gaudii Superûm-duces.
QUID Laureato ? quid, triumphales rotas,
In ſumma cœli Templa, poſt tenuem moram,
Agitare (49) prompto, laudis, ac pompæ, ſtruent ?

V.

CHRISTUS, Angelis comitantibus, in Cœlum aſcendens.

Actuum Apoſtol. I.

Præcipiens Apoſtolis, aſſumptus eſt : quibus & præbuit ſeipſum vivum poſt paſſionem ſuam ; per dies Quadraginta apparens eis. (V. 2. & 3.) *Et elevatîs manibus, benedixit eis. & factum eſt, dum benediceret eis ; receſſit ab eis : & ferebatur in Cœlum.* (Lucæ 24. V. 50. & 51.) *Et, videntibus illis, elevatus eſt : & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* (Act. I. verſu 9.) *Amen, amen, dico*

dico vobis: (ait Dominus Nathanaëli, Joan. 1. v. 51.) *Vîdebitis cœlum apertum; & Angelos Dei, ascendentes, & descendentes, suprà Filium Hominis.*

DUodecimus (50) axi Cynthiæ (51) pleno dies
Adjunctus ibat, Sole bis vicesimô:
Ex quo, relictô Manium regnô, (52) suis
Se retulit, atræ CHRISTUS occisor Necis. (53)
Hunc hora, meritum, léxque, quam tulerat PATER,
E senticosæ Valle revocabat plagæ,
In amœna Cœli nemora; perpetuis ubi
Halant vireta floris Elysii (54) rosis.
Lux aderat illa, quæ, novercalis (55) soli
Ex urbe, déque Gólgothæ (56) dirô aggere,
GENITORIS ipsum, juris æternâ fide,
Sinui coævo, dulce pignus, redderet.
NON est, ad Astra, facilis, ut fingunt, Via;
Nec, in alta, pronus aditus. ASCENSU est opus:
Opus est Labore. Quæris ad Superos iter?
HOC (*calva* licèt hîc *secta* (57) succutiat caput,
Verique vim subnervet), hoc *Operum* struunt
Merita Bonorum: hoc sudor, & luctæ, parant.
Hôc, alta petere, calle, quis dignum, neget;
Quem, quisquis ivit ante nos, trivit? DEI
Gnatô unicô, tot cæteris factô duce:
Ad Astra MERITIS dum sibi sternit gradum.

Ità præparatam, *primus* ut tereret, viam,
Decebat; &, ceu ductor, ac ſpecimen, ſuô,
Super aſtra, paſſu ſumma. (58) Nec traxit mo-
ras:
ASCENDIT; idem & Vector, & currus, ſibi,
(59)
Suôpte ſurſum Corpus imperiô levans,
E Montis, oleæ ſtirpe vernantis, jugô:
Non homine, non firmante Cœligenâ, gra-
dum;
Quamvis eunti in alta, tunc, non aut homo,
Aut aula deêſſet Supera, (60) geſtorum arbi-
tra.
Nam, de beatis quid loquar, tantô, ANGE-
LIS,
Dignum theatrô? NON tot, in clivo ſacro (61)
Dorsôve ſylvæ, fronde Palladiâ (62) nigræ;
Non tot, per omnem Vallis (63) adjectæ ſinũ,
Fœtibus onuſtæ laticis oleoſi, arbores;
Nec tot, per horti (64) ſpatia, ramorum or-
dines;
Nec pauſiarum (65) tanta, per ramos, phalanx;
Nec folia tot, per montis immenſum ambi-
tum:
Non Galaadæus (66) ſaltus, aut frondens Ba-
ſan, (67)
Glandifera per querceta, tot numerant aves;
Quot, Sole vixdum redditô terris novô,
Vix diſſipatâ nocte, cœlicolûm alitum, (68)
Magnifica trabeis (69) atque byſsô illuſtria,

De-

Demissa Olympô, constiterunt agmina.
Hic, (70) viride montis omne bacciferi caput,
Vastósque vallis Josaphatææ sinus,
Rutilante latè, miles implêrat sagô;
Cœlôque dignîs, Regis in pompam, choris
Modulatus, omnem flore vestierat viam:
Hæc Regis acies famula, ventivolô suprà,
Infráque, gyrô flexilis; summi ducis (71)
Utrumque, laurô compta, cingebat latus.
REX, inter ista, noster, ætheriâ comas,
Ac caput, & ora, luce radiosus, mitræ,
Medæque cydaris, omne superantî decus;
Pallâque, gemmis Solis Eoi novis
Distinctâ, opertus: montis ubi sueti (72) stetit
In apertiore DEUS-HOMO fastigiô;
Piísque MATRI, mos utì Gnatos monet,
Vale supremum dixit alloquiîs: manu
Sublimè tensâ, cætero cœtûs globo
(Nam convenarum cœtus (73) adstabat frequens)
Bona PACIS ominatur; ac, Superæ Domûs
Pollicitus omne copiarum ærarium,
Adit Alta, tenerùm (74) flente sociali agmine:
Piásque flenti VIRGINI lacrymas, suô
Jungente studiô, Magdalâ. Patrum interim,
(75)
Liberta Christi, turba, cum ætheriæ manûs
Cœtibus, ovabat. (76) REX, Olivetô migrans
(Imprimere memores, inter hæc, solcæ (77)

Haud immemor) mox, aſtra jam ſola intuens,
Lentô Tonantis regiam inceſſu petit:
Paſſúque, (78) molis omnis ignarô, vehens
Subtile corpus; thuris in morem emicat,
Quod liberalis jecit in acerram manus,
Ut ſubdialis (79) fumet ex aræ focô.
Crepitante quippe ſtriduli paſtu (80) rogi,
In alta ſurgit aſtra turritus vapor:
Nec ponit ullum vertici (81) finem ſuo,
Quoad incubantis limen adlambat poli, (82)
Et eburneas vaneſcat ad cœli fores.

Hæc inter, oculô fida plebs avidô ætherem
Intuita, perſtat: quàque fas, Regem ſequens,
Sidera petentem, lacrymâ, votîs, prece,
Aciéque vultûs, ſemper infixâ Duci,
Stupet, ardet, optat, mœret, exultat; ſuî
Ambigua ſtudii. ſtat, tenax primi ſitûs,
Nunquámque (ſi ſic liceat,) ablatô retrò
Ad ſua (83) gradu: pendente ſi ſemper morâ,
Oculíſq; patulâ, Victor (84) in Olympum migret.

Hic viſus, illis dulcior Vitâ foret.

VISCOSUS, Amor eſt: Hæret in amati fugâ:
Nec, niſi catenâ firmiore, avellitur.
Hîs igitur, & tunc, agminis ſacri pio
Fuit obviandum viribus cupidini.
INDOMITUS ardor, haud levî frænô indiget.

Cùm purus ergò nubium, nebulîs procùl,
Pateret Æther, omnis ignarus Noti (85):

Repen-

Repentè, nullis Æoli flabris novis,
Sinuoſa Nubes, lanâ, & Armeniâ(86) nive,
Candidior, immos Regis implicuit pedes :
Totúmque dejn euntis involvens iter,
Abſecuit oculis gaudiorum Olympia : (87)
Superæque JESUM curiæ Soliô locans,
Illi, quod emit Serva (88) ſors, Regno intulit.
Nec tamen & his abſtracta plebs viſis, abIt;
Sed ſtans adhuc, ſed caſſa defigens polo
Lumina, ſed alter alterum alternîs rogans,
Variâ rotabant Fata ſermonum vice ;
UBI nunc ? ubi eſt Rex noſter? aut, quando redux,
Noſtris ſuum reſtituet os obtutibus ?
Æthérne totam ſolus hanc Scenam, ſequens
Occulet in ævum? aut potiùs (ut ſocium eſt Bonum)
Et hujc, & illi, per ſtatas, Orbi, vices
Se partietur ? Cur enim *terram* ábdicet,
Is, qui Supremam ad uſque Mundi veſperam.
Seſe adfuturum credulis, fecit fidem ?

Act. Apoſt. I. v. 10.

Cúmque intuerentur in cœlum euntem illum ; ecce, duo Viri adſtiterunt juxta illos, in veſtibus albis : qui & dixerunt ; Viri Galilæi! Quid ſtatis, aſpicientes in cœlum? Hic JESUS, *qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet ; quemadmodum vidiſtis eum, euntem in cœlum. Tunc reverſi*

ſunt Feroſolymam, à monte, qui vocatur Oliveti. &c.

ITA differenti, nunc PETRO, nunc, plus eô,
Réliqui Senatûs cœtui; gemini, hinc, & hinc,
Ad latera Proceres adſtitêre Olympici, (89)
Quos Cáſtoras (90) Lacæna finxiſſet fides:
Candente (nequid deêſſet Aſtricolûm notis)
Síndone coruſci. Qui ſtatim cœtûs duces
Summos adorti: DICITE, armiſonæ (91),
VIRI,
GALILÆÆ-alumni! (fantur); oblíti *Viros*
Niſi forſan eſtis, gentis aut veſtræ indolem,
Cur promerendæ ſedis ætheriæ locum:
Cur tempus, ac fugacis articulum Spei,
Non ſemper hôc fortaſſe rediturum lucrô,
Deſide theatrô teritis? An, ſtando magìs,
Creditis; an, alia mille peragrando loca,
APOSTOLORUM nomen impleri, ac pedes?
Opus hinc receſſu eſt: dejnde, Judææ è plagis,
(Ne neſciatis) tota, quà Mundus patet,
Obeunda veſtro curſui Mundi arca: (92)
Implenda ſanîs vaſta barbaries Sacris:
Meliore Lex Hebræa polienda eſt ſtylô;
Et publicanda ſanctior morum Schola,
Quà culta, quà deſerta, terrarum jacent:
Ut, cùm, axe (quem lex, temporum fixit rotis)
Ævi peractô, maximi præſes fori,
Orbíſque Judex ſummus, (93) ad puteal, (94)
reo

Fata-

Fatale mundo, venerit sessum; sua
Quò quisque jura capiat, è lance actuum: (95)
Oris bicipite (96) parcat ense excscindere
Terras, & undas, &, quod has hominum incolit.
NAM VENIET (aure condat hæc memori Fides!)
Veniet profectò, rigidus hic, seu jam Dies,
Seu Vesper, aut Nox, (97) orbis extremam ad Tubam: (98)
VENIET, Boni Quæsitor, ac Pravi, omnium
SCOPULUS REORUM (99): non, Quirinalis (100) fori;
Nec fabulosus ille, quem trepidæ Stygis
Præfecit Urnis falsa relligio, Aéacus (101):
Sed hic, sed ipse hic, Nazarenorum solô
Nutritus, Exul propriæ semper casæ, (102)
Laris inquilinus exteri: qui, de Cruce,
Sibi purpuratam stravit ad Solium (103) viam.
IDEM, nec alius, (credite! & cunctis fidem
Imprimite similem, vestra quos cura excolet)
IDEM, reversus ad tribunal fulminans,
Sibimet cothurnô faciet horrendo gradum:
QUALIque nunc se gloriâ cœlo intulit;
TALI redibit, Orbis atrato (104) die.
Ascendit, agiles inter Aligerûm choros;
Descendet, iisdem cinctus, ad caussam, arbitris:
Ascendit, oris Sole radiosi micans;
Descendet, oculis dispari bifidis face. (105)
Ascendit, albâ pulcher, ac niveus, stolâ;

Flammante fulgens, indidem veniet, togâ.
Abiit, inequitans nubis Elyſiæ éſſedo;(106)
Recurret, Auræ flammeas agitans rotas:
Stipatus Ætnæ, ac Veſvii, (107) ignivomis rogis;
Sodomæque nimbum olente ſulphureum, Iride.
Agitè pröinde, chara Cœlicolis cohors;
Curſúque, quidquid uſpiam Terræ patet,
Pernice terite. Sæculum (quantum eſt adhuc,)
Incipite præparare metæ Sæculi.
OMNIS diei cura ſit, SUMMUS DIES!

VI.

ÆTHIOPS EUNUCHUS,

Per PHILIPPUM, ab ANGELO directum,

Adductus ad Fidem, ac Baptiſmum.

Act. Apoſt. 8. à v. 26.

Angelus Domini locutus eſt ad Philippum, dicens: Surge, & vade contra meridianum, ad viam, quæ deſcendit ab Jeruſalem in Gazam: hæc eſt deſerta. Et ſurgens, abiit. Et ecce, vir Æthiops, eunuchus, potens Cándacis, reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas ejus; venerat, ado-

*adorare in Jerusalem : & revertebatur , sedens super currũ suum ; legénsque Isaiam prophetă. * & dixit ; Putásne, intelligis, qua legis ? Qui ait ; Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi ? rogavítque Philippum, ut ascenderet , & sederet secum. Locus autem Scripturæ , quam legebat, erat hic : Tanquam OVIS ad occisionem ductus est. * Generationem ejus quis enarrabit ? quoniam tolletur de terra Vita ejus. * Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à Scriptura ista, evangelizabat illi JESUM. Et , dum irent per viam ; venerunt ad quandam aquam. & ait Eunuchus ; Ecce, aqua ! quid prohibet, me baptizari ? Dixit autem Philippus : Si credis ex toto corde , licet. Et respondens, ait ; Credo, Filium Dei esse , JESUM Christum. & jussit stare currum. Et descenderunt uterque in aquam, Philippus, & Eunuchus : & baptizavit eum. Cùm autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum : & amplius non vidit eum Eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem inventus est in Azóto : & pertransiens, evangelizabat civitatibus cunctis; donec veniret Cæsaréam.*

Dixêre. Post quæ, monte digressi , ANGELI,
Simùl, (Angelorum cura) plebs, Christo sacra,
In nota utrimque tecta revolantes ; petunt,
Cœlum Angeli, Sionis aulam (108) Apostoli.

Nec tamen omisit, ad pios, etiam dëin,
Aligera turma sæpe cœtus regredi:
Sollicita rerum; quippe, duodenûm (109) gerens
Curam Virorum, &, quotquot his operam dabant (110)
Nudipede cursu; nequa non Mundi plaga
VERBI sonoram caperet ÆTERNI Tubam:
Ut paria populos necterent omnes Sacra;
Ipsósque, dirâ Solis, (111) Æthiopas, face
Tostos, latére Melius haud posset jubar. (112)
Solymis (113) redibat, sterilis ad Meroës (114) nigram,
Antarcticâque (115) torridam Zonâ, insulam,
SPADO; (116) *montium*, quejs *Luna* (117) dat nomen, jugis,
Nilíque fonti, quàm sacris Libani cedris,
Undísque, (118) propior: Æthiops gente, & cute;
Sed regiarum Cándacês-luscæ (119) vigil,
Ac perspicax, excubitor, & custos, opum.
Hic, incitatis pariter in curru rotis,
Pariter Hebræi Vatis intentus libris,
Clarum (120) ISAIÆ, nocte sed multâ ingeni,
Nec adhuc adeptus Sideris fixi jubar,
Obibat oculîs codicem discordibus;
Nunc, lecta relegens; nunc, relectorum anxius;
Et jam probans, mox improbans, dubiâ vice.

Phi-

PHILIPPUM, (121) ab alto Genius hortator polô,
Immittit, è Sicháride (122) redeuntem areâ,
Lætúmq; Verbi falce factis, messibus.
Æthiopis, hunc, se concito celerem jubet
Jungere covíno; (123) facere sermoni locum;
Et farra (124) ferere Legis, à Christo satæ.
Facit iste jussa: currit: assequitur: viam
Sociat Philippus: recipit hunc curru Spado;
Sedénsque, de sedentis ambrosiis labris
Discit Propheten; haurit, à cunctis retrò
Inaperta (125) puteîs, adyta; *Mortalem simùl,*
Deúmque, CHRISTUM: *cujus, hinc cælô Genus,*
Sinè Matre, se proferret; hinc, ortum solô,
Sinè Patre, nobis, (cladis æterna reis,
Mortísque,) vitam morte reparâsset suâ.
HÆC, fusiore, mentis in fundum, sibi
Demissa Suadæ (126) latice, peregrinus (127) bibit;
Largôque cordis Sole perfusus, capit,
Quæcunque nostra, capere nos, cogit Salus.
Mox, doctus & præstare, (128) quæ Leges jubent;
Christi Lavacrum, Sacra, Servitium, subit.
Merõen, sub hæc, oræque rus Abasticæ, (129)
Repetens, Deíque plenus, ac cœlô flagrans;
Quod didicit, omnes Cándacès populos docet;

Spadóque licèt, ad Abrahæ morem tamen,
Tot Gentium fit omnis Antarcti PATER,
(130)
Quot orthodoxos ſubdidit Chriſto greges.
Sed, Quid Philippus? Capitis hunc prenſum comâ
Spiritus (131) in auras arduâ rapiens viâ,
Azotiæ urbis leniter mediô ſinu
Depoſuit. Ille, littus occidui celer
Pelagi terendo, Béthſamen, (132) Thamnam,
Getham,
Lydden, Iöppen, ac Saronæos (133) agros,
Stratónis uſque veteris ad Turres, (134) obit.
Spargebat illis grana jugeribus ſacra;
Truſura lætam Sæculi meſſem Aurei.
Nam, macra quamvis arva, littoreîs ibi,
Ac vapida, campis viſa, nec ſævis Noti
Caritura furiîs; non tamen dextro omini,
Non obſtitêre fortis-agricolæ (135) Spei.
SIC vel cavam Philippus, haud vanè reor,
Arabiam (136) arâſſet, ANGELI ſociâ manu;
Ope cujus (etſi caſſus hic vulgò eſt labor,)
Non opere caſsô *lotus* eſt, etiam *Æthiops*.
ITA Gens, (137) colore tincta, (ne dicam,
& focô
Aduſta) Stygiô, reperit ad LUMEN, viam;
Cuj fuerat omnis CANDOR olim fabula.

VII.

APOSTOLI

Terras Evangelii præconiô replent;
Sed
Delectu Terrarum, à Superis instinctibus acceptô.

Marci 16. à v. 19.

Et Dominus quidem JESUS, *postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum: & sedet à Dextris* DEI. *Illi autem profecti, prædicaverunt ubique: Dominô cooperante. &c.*

QUID regna jam, gentésque, nimbosis, loquar,
Austris rebelles? (138) regna, Borearum trucî
Effera rigore; Thetidis (139) aut Atlanticæ
Perflata ventis? Omnium, quas Sol obit,
Mundi plagarum, lucis omnivagâ face,
Haud cura Geniis lenta Cœlicolis (140) fuit.
At Cura tamen hæc, (141) arbitri digitô DEI
Attemperata, nec suô caruit modô;
Nec segetis, atque messis, in Sortem (142) datis
Campis. In arva, Ratio præcessit Manum;
Mens, impetum; dux Oculus, ambiguum Pedem.

ELECTIONIS acta, non CASUS, erant,
Quam cujque genti quisq;, cuj sedi, oppido,
Gentem, vel Urbem, vel plagam, præponeret,
Aut Genius, aut (movente Geniorum manu)
Evangelistes, (143) segetis animorum insitor.
TONANTIS ipsis placita, lex fuerant viæ.

Actu: Apost. c. 15. v. 4.

PAULUS, electô Silâ, profectus est; traditus gratiæ DEI à fratribus. Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias.

Act. Apostol. cap. 16. à v. 6.

Transeuntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetati sunt à Spiritu Sancto, loqui Verbum Dei in Asia. Cùm venissent autem in Mysiam; tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos Spiritus JESU. *Cùm autem pertransissent Mysiam; descenderunt Troadem: & visio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam erat, stans, & deprecans eum, & dicens; Transiens in Macedoniam, adjuva nos! Ut autem visum vidit, statim quæsivimus proficisci in Macedoniam; certi facti, quòd vocâsset nos* DEUS, *evangelizare eis. Navigantes autem à Troade, rectô cursu vénimus Samothraciam; & sequenti die, Neapolim: & indè Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ civitas. &c.* Et cap. 17. v. 1. *Cùm autem perambulâssent Amphípolim, &*

Apol-

Apolloniam; venerunt Thessalonicam. &c. Indè fratres per noctem dimiserunt Paulum, & Silam, in Beræam. Ibidem, v. 10.

TESTIS sit horum, & ille, quem quondam
è Lupo
REX noster (144) Agnum (145) fecit; è Saulo
ferô
Paulum, feroces mitigaturum tigres. (146)
Hic, jam (147) Syris, Cilicúmque percursis
plagis;
Phrygas, Aéoles, ac, Rhyndaci (148) scissos
vadô,
Obire Mysos; indè, Galatarum suprà
Latus, arva colere sicca Bithyni (149) soli,
Decrêrat. Aliter Curiæ visum est DEI:
Latet, ac latebit, caussa. Sed, Mysis dare
Fruges Olympi (150) vetitus ex alto Sator
Sermonis almi, Paulus; Iliacos sinus, (151)
Priamíque quondam regna, Dardaniam, pe-
tit.
Sed & hinc colonum transmovens, alios,
monet,
Obserere campos SOMNUS; Europæ vigil
Pro segete, Somnus. Genius, en! cœli incola,
(152)
Emathidos (153) oræ Prætor, (154) ac fidum
Caput;
Macedonis os, ac tegmen, & galeam, *Viri*
Indutus, altâ nocte demersis, stetit.

Con-

Conſpicuus oculis: mole quos multâ viæ
Preſſos, ſopor tunc clauſerat; Paulus tamen
Aperuerat Aſtris. *Macedo* vir ſtans, ac preci
Junctis modeſtè queſtibus, fletu uvidis;
QUID Tu favillas, inquit, & buſta Ilii,
Quid bene-ſepultam Tróadem, quantum tui
Nunc eſt in animo conſiliî, reſuſcitas?
Quid Nicomedem, & ſtabula Sodomorum,
(155) paras
Invehere cœlô? ac facere Bithynos, deos?
Nomina, genúsque, ſtirpis humanæ quidem,
Sed adhuc minùs capacis, ætheriæ ut SPEI
Tam ſitiat avidô, vel bibat, guſtu Fidem:
Emathia (156) cùm tantiſper (heu! fateor, gla-
bra,
Sed prompta tamen, ac digna plus ideò coli,)
Inarata linquas arva; tot quondam viris
Habitata, laurô Pacis, ac Belli, inclytis?
Tot, nunc adhuc diffuſa, per valles Athô,
(157)
Othryísque, loca; tot, vaſta per Rhodopês juga,
Hæmíque dorſa, pubis ingenuæ incolas?
Ibi, tot Macedonum denſa te exſpectat ſeges:
Ibi, Paule, te, linguæque torrentem tuæ,
Pierius (158) omnis campus, &, juxtà ſitus,
Pelasgus ager, (159) ac vallis Erigônis, (160)
ſitit:
Tuam medentis dexteram, paſſim ſibi,
Invalida, non tam membra, quàm corda, ex-
petunt.

AC-

ACCURRE! pelle virus! his verbis tibi
Breviter, ſed immô mentis effuſis ſinu,
Ædeſſa, (161) Pella, Pidna, ſummittunt preces:
His Scydra, Phyſcæ, (162) Phæſtos, Amphipolis, Stobi,
Ac, tua futura gnava, Berrhœe, (163) Stoa: (164)
Sapientiæque-myſticæ geminæ Scholæ;
Altera, *Philippi* (165) nomen urbs Regis gerens,
Tuus olim amor (166) futura, ſertúmque, & decor;
Altera, Sinûs celébre Thermáici caput,
Cuj nomen, illic *Theſſalus-Victus*, (167) dedit.
Hæc fatus Ales ſuperus, ad Superos redit:
At Paulus, alas ſimùl, & Aligerum, (168) induens,
Pede, nave, remis, linteis, Euris, (169) fugâ
Troadis, & omnî mentis in Pellam (170) impetu,
Somnô ſolutus, ſomnii ſequitur tubam. (171)

VIII.

VIII.

AB ANGELO Directus ad Petrum, & Christum, CORNELIUS CENTURIO.

Hiſtoria (exſcriptu, quàm lectu, operoſior,) prolixè refertur Act. Apoſtol. capitibus X. & XI.

E *Mathidos*, en! quæ gentis, (172) & quanta, incolis
Fuerit Olympi (173) cura; quò, Cœlo nova
Non hinc minùs Gens lecta, nobilius ſuis,
Quàm, Gange victô, (174) rebus adjiceret decus?
Terris quid ergò fiet Heſperiis, (175) falo
Propioribus, cadente quod Phœbô (176) repet?
Nec his quidem oris defuit Cœli favor:
Unôque præ-eunte, (177) per cunctos iit
Populos, Salutis, rege ſub Chriſto, gradus.
Ringente quamvis, &, relatratu gravi,
Judæ caninâ (178) gente niſâ Apoſtolis
Obdere catenam; Illyribus, (179) Hiſpanis,
(180) Getis, (181)
Ope cœlitum, cœleſte panſum eſt oſtium.

Sic

Sic Christiana primus (ex quo jam Patri
Rex assidebat Christus, in Olympum (182) re-
dux,)
Undâ Salutis lotus, accepit Sacra,
Cultor Deorum priscus; (183) &, siquid moræ
Hîc traheret, atri Candidatus (184) Tartari:
A quo dëin sagace transiliit fugâ.
Italúsne tamen, an Celtiber, (185) patriô hic
solô,
Vel laribus, esset; scire, vix operæ (186) puto.
UNUM dat, omnis limes, ad Superos, iter:
Deus UNUS; Unæ Gentibus cœli fores.

Vir autem quidam erat in Cæsaréa, nomine Cornelius; centurio cohortis, quæ dicitur Italica. Act.

10. V. I.

Quà nitida (187) Pariô (188) tollit è saxo
caput
Urbs grande, CÆSAREA, (189) cuj priscum,
suâ
De Turre, (190) nomen positor indiderat Stra-
ton;
Centum (191) regebat, vite (192) conspicuus,
viros
VIR, militaris clara pars Aquilæ, (193) minîs
Quam bellicosis Itala quatiebat Cohors
Syrios (194) in hostes. nomen hujc, COR-
NELIUS.

Hunc

Hunc lite dubiâ pectus agitabat vagum;
Humana quámnam cura deligeret viam,
Quâ Mens quietis iret ad metam ſuæ,
SUMMIq́; verô ſtaret in fundo BONI?
Pars Urbis una, (195) Moyſis hærebat Sacris:
Quam, Sancta fari, ſenſit; at, facere impiè.
Pars alia, Syriis munus (196) adolebat Deis
(197)
Fruticis Sabæi. Tertium bipedum genus,
Itala Quiriti ſacra faciebat Jovi: (198)
Et hi, nec agere recta, nec, amabant, loqui.

Religioſus, ac timens Deum.
Actor. 10. v. 2.

QUID faceret hic, Vir hybrida, (199) jam recti capax,
Hoſtísque ſcelerum? cuj tamen ſtabant adhuc
Simulacra fixa patria, non unum nefas:
Mars, Pallas, Hebês mater, (200) Alcides, (201) Venus,
Ganymedis ales; (202) quæq́: Martigenis (203) dabat
Mammas alumnas, Iliæ (204) gnatis, lupa:
(205)
Pietatis Italæ Signa; re verâ, impia:
Jurata tamen, & Ducibus, & cuneis Ducum;
Prælata lábaris; (206) picta clypeorum in ſinu;
Idola in Aris, ante veſtibula, ac fores,

Et

Et ipſa per principia (207) caſtrorum, ac fora,
Prætorianos ponè Sacrorum focos. (208)
His abſtrahendus igitur à ſcopulis erat
CORNELIUS. Judæa, Barbaries, (209) Tibris, (210)
Tenero ciebant nauſeam ſtomacho, ſuîs
Seu legibus, morúmque diſtortâ viâ;
Seu tot deorum, ſtultè adoratô, lutô.
Probitas placebat. (211) Calce ſed fluidô vagum,
Supráque cæcas Ditis (212) errantem ſcrobes,
Quis expediret, (213) prævià VERI face?

Faciens eleemoſynas multas plebi: & deprecans Deum ſemper. Is vidit in viſu manifeſtè &c. Actor. 10. v. 2. & 3.

AURUM (fatemur) illud, ac pretium, Salus
Quô comparatur, páxque, ſunt denſæ PRECES. (214).
His junge, largam Pauperum-turbæ manum.
Sic horum utrumque, ſi parî currant pede,
Quaſi Vena ſilicis, lucidi flammam evocant
Jubaris; (215) quod Arctam (216) monſtrat ad Superos viam.
QUI cæcus es, Precare, Largire; & Vides.
Id Miles errans egit. aggeſſit Preces:
Aluit egentes: Vidit (ac mediô quidem
Die) ſalutis indicem, cœlum, ac DEUM.

Plúsne

Plúsne aliquis optet ? Una vox, totum dabit:
ILLUMINATUS, (ſic loqui *Pietas* jubet,)
(217)
Doctúsque cœlum ab Angelo eſt, *Cornelius*:
Ac ſana didicit Sacra, pro vanis, ſequi,
Ab Olympico (218) ductore, dux Itali ſagi;
(219)
Heróque concors, tota *Cornelii* domus.

Vidit, quaſi horâ diei nonâ Angelum
Dei introëuntem ad ſe. &c.
Act. 10. v. 3. & ſeqq.

Meruit cothurni, tanta res, (ſtrictam tamen,)
Operam. DIES, jam partibus lucis tribus
(220)
Senſim evolutis, Solis aſſiduâ fugâ,
Veſperis (221) ad axes, ac freti Tarteſſii (222)
Littora, volabat: quando, ſub opaci laris (223)
Centurio velô, non minùs calidâ prece,
Pronôq; geſtu, quàm ſub auratis tholis, (224)
Cœlo ſupinas Auſo (225) tendebat manus;
Nec rorulentæ ſupplici deerant genæ:
Cùm, ſindonis repentè cæleſtis nive,
Radiôque, fulgens Juvenis Alipotens adeſt.
Conſpicuus homini, quin & os hominis gerens,
Habitúmque, læti; lenè-ſuſpenſô pede

Ingre-

Ingreditur: ac mox, & prior, trepidum allo-
quens;
CORNELI! (ait), tam sanctus hic æstus tuus,
Tua vota tot, largæque pauperibus manus,
Clausas Olympi (226) perterebrârunt fores;
Nebulîsque longæ noctis, (227) in vapidum
aërem,
Face dissipatis Solis æterni; Tibi
Hanc veritatis lampadem, certam ac no-
vam,
Ab Lucis omnis Fonte primævô, DEO,
Genitore VERBI, (228) comparaverunt. Et
hoc,
Hoc, ajo, *Verbum*, in carne (229) MESSIAM,
tibi
(Ex homine, jam nunc, Numen ut discas
homo,)
Petrus, Sacrorum referet Interpres; fide
Minimè bilinguî: littoris rauci, Petrus,
Quod supra löppen (230) pontus Occiduus
ferit,
Accola sonorus; lucidi præco Ætheris:
Qui nunc, Simonis (231) hospes, (è coriis,
manu
Artifice domitis, facilè noscendi viri)(232)
En! hujus ille, ceu sibi cognominis,
Simon, Simonis abditur tectô, Petrus.
Agè; mitte Joppen: evoca precibus tuis,
Ope nuntiorum, callis (233) ignoti ducem;
Vitæ magistrum, Mentis, hujc, docili jugô

Date

Date limen, (234) aures, pectus, assensum,
manus;
Sacróque fonti (235) capita. Sic fatus, silet;
Revolátque in auras, Angelus. Jussa Angeli
Dux implet Italus: (236) sequitur exemplum
ducis,
Famula caterva; Numinis ductum, Petrus.
(237)
Labitur ab alto Spiritus: (238) fari ardua
(239)
Domus humilis orsa, latice renovatur sacrô:
Et, qui Tiberio (240) nuper, atque Aquilis,
dabant;
Meliora nunc ad Signa traducti, DUCI
Sua NAZARENO (241) milites, dant nomina.

In Librum II.

Antiquitatum Angelicarum Novi Testamenti Testimonia, & Observatiunculæ.

I. (1) *Montis Calvariæ : imminens valli-cadaverum. Adrich. in Jerusal. num* 242. (2) *Septem stellas imbriferas. suprà, ad l.* 1. *in* Oliveto. (3) *Judicii, censuræ. suprà, sæpe.* (4) *Discipulorum Christi.* (5) *Ponitur enim & Substantivè nonnunquam* (Sudum est) *pro Sereno post piuviam.*

II. (6) *Jesus Nazarenus, id est, Floridus : & Flos de radice Jessæ. suprà, ad l.* 1. *de Annunti: ex Isaiæ XI. v.* 1. (7) *Erat enim monumentum Domini JESU* excisum de Petra. *Matth. 27. v.* 6. & *Marci* 15. *v.* 46. (8) Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum ! *Lucæ* 23. *v.* 46. & *Joan.* 19. *v.* 30. (9) *Quam Patrum hilaritatem vetus Ecclesiæ Responsorium exprimebat in Nocte Resurrectionis :* Adveniſti, redemptor noſter ! (10) *Sub muris Ferosolymæ Australibus, extra pomœrium, trans* Agrum-fullonis, *diversis in latibulis scopulosis, hic Petrus, ibi Jacobus Minor, alibi Apostoli alii, delitescebant.* (*Adrich. Jerosol. n.* 226) *Et hæc erat illa* Restans adhuc, discipula Messiæ, cohors, *quam versus Partitionis hujus secundus*

*loquitur; quámque loquendi formam, mirandum est, à sectario quondam nonnemine dictam fuisse pa-*rùm usitatam. Sive *namque* cohortem *illam dicas, fuisse* discipulam Messiæ; *rudis est Sectarius, si ignorat adhuc, vocem* (Discipulam) *non Plinii tantùm libro* 10. *cap.* 29. *sed ipsius quoque Plauti, in Aulularia, tam jungi cum genitivo posse, quàm* Discipulum *apud Ciceronem; qui l.* 2. Offic. discipulum Theophrasti *profert. Sive vocem,* Discipula, (*prætermissâ etiam interpunctione commatis,*) *immediatè connectas substantivo* Cohors, *ità, ut* Discipula *naturam Adjectivi* μαθητικὸν *induat; Hellenismus erit, & elegans, & usitatissimus: de quo Gretserus cap.* 3. *syntaxeos, Exceptione* XI. *agit, cùm ait;* Ipsa Substantiva ponuntur interdum adjectivè, πρὸ ἑλλαδίᾳ φωνῇ ἐξέμαθον, *pro,* πρὸ ἑλληνικήν. *Sic & Nonnus cap.* 6. *paraphraseos in* S. Joannem —ἔλεξεν ἐῇ σημαντορι φωνῇ, dixit suâ designatrice loquelâ. *Et cap.* 7. — χέων νεμεσήμονα φωνὴν: fundens reprehensoriam vocem. *Et cap.* 10. — χερμαδίῃ λύσσῃ lapidariâ insaniâ. *In* Masculinis *verò* substantivis, *longè crebriùs. ut, cap.* 1. νόον εἶχον ἀλήτῃ, animum habebant erronem, *pro,* erroneum. *Et,* βαπτίζων λαὸν ἀλήτῃ, lavans populum erronem. *Et cap.* 9. ἦλθον εἰς κόσμον ἀλήτην: Veni in mundum erratorem

rem

rem. Et *priùs cap.* 8. -- ἐλέγχετε κέντροις μυ῎θῳ arguitis stimulatore sermone. *Et cap.* 7. -- ἔννεπε μάρτυρι λαῷ, dixit testi populo. *Et ibid.* θηήτορι λαῷ, spectatori populo. *Et, cap.* 6. -- μετήλυδα λαὸν ἐλέγχων, migratorem, seu advenam populum arguens. &c. *multa. Quî minùs ergò &* Discipulam turbã; *etiamsi nec commate disjungerentur?* Sallustii certè *in Jugurtha est*, Cõtemptor animus. (11) *Tertius, à* Parasceve, Solis Ortus, *sive* Diluculum, *diei Dominicæ.* (12) *Ità Seneca philosoph. vocat* Horizontem, *lib.* 5. *natural. qq. cap.* 17. *plura suprà, ad l.* 3. *V. test:* (13) *Terminat enim* horizon, *nõ modò visum nostrum, & oculorum aciem; verùm etiam* Cœlum *ipsum: sc. in hemisphærio.* Polum *porrò, adeò, pro voce* Cœlum, *Seneca passim frequentat; ut etiam* Inferni-Jovis *(utì alicubi Plutonem vocat) quasi* Cœlum *faciens* Gehennam, *dicat in Herc. Oetæo, Act. 2. ant. f.* Tu furva nigri sceptra gestantem Poli — dominum Stygis. &c. (14) *Æneas, Trojanus. Troja autem, urbs fuit Phrygiæ, in Asia minore. Porrò, Tres isti, Hercules, Theseus, & Ænéas, præ cæteris, ferebantur ab antiquitate Idololatrarum, ab Inferis in terras reversi.* (15) Pro rediit: *per Synæresin. Hæc perfrequens est Senecæ: sicut alibi, sic inprimis in Hercule Oeteô.* (16) *Christum, ut non Hominem modò, sed & Deum, vi suâmet, ac scilicet Divinâ, resurrexisse; constat è Fide: satisque confirmatur testimoniis S. Scripturæ, ac Patrum,*

trum, à Jodoco Coccio, in Thesauro; & Petro Canisio, in institut. Christianar. Opere majare, in Artic. 5. Fidei. (17) Romanorum militū excubiis. Matth. 27. v. 64. & 65. Jube custodiri Sepulcrum usque in diem tertium. &c. Habetis Custodiā. ite, custodite, sicut scitis. (18) Ità Christus Dominus appellatur à S. Maximo Episc. homil. 43. comparatus Aquilæ. (19) Alioquin enim, ad ungendum JESU corpus, non venissent, Joseph ab Arimathæa, Nicodemus è Judæa, Mulieres è Galilæa.

III. (20) Per syncopen: ut Virgil. l. 4. Æneid.

— Hyrcanæque admôrunt ubera tigres. (21) Itidem συγκοπῆ ικῶς, pro reduxisset. Sic Catullus carm. 45. ad Fundum. — Si nefaria scripta Sexti recêpso. &c. Et, propiùs ad institutum, Maro, 4. Æneid. Implêssémque foros flammis: gnatúmque, patrémque, Cum genere extinxêm, (pro, Extinxissem;) mémet supèr ipsa dedissem. (22) Etsi sunt, qui negent; omnes has tres fuisse Marias nuncupatas; sed Salómen nudè sic, nullóque alio nomine superadditô, appellatam: Cæsar tamen Baronius, in Martyrologio, die 25. Julii, notâ A; & in diei 22. Octobr. Notis ad finem, prænominat & hanc, Mariam. Erant ergò tres hæ: Maria Magdalene, Maria Cleophæ, seu Jacobi; & Maria Salòme. (23) De his omnibus odoramentis, vide Junium, cap. De Aromatibus. (24) Crocus, & Crocum, i, tam Latinis, quàm Græcis, usur-

usurpatur. (25) Ità Mortuis, funere peracto, valedicebant prisci. de quo egi l. de Ortu, & Interitu Vet. Reip. Rom. (26) De tribus distinctis Angelis, Joan. Maldonatum vide, in caput 20. Joannis. (27) Ventorum omnium, & afflatu, & susurrô, placidissimus est, Zephyrus. (28) De hac paullò suprà dictum est. Jacet ad Septentrionem urbis Jerosolymæ: inter muros, & montem Calvariæ. Adrich. in Ferusal. n. 242. (29) Per maris Galilæi excursus, ac sinus: quod mare, etiam dicitur, & revera quoque est, Stagnum Genésareth, & Geraséнum; ab adjacente regione Gerasenorum, ad Orientem. Est autem piscosum admodum: & Petro fuit, Lucæ 5. in captura piscium stupendâ: & alio tempore 7. discipulis, Joan. 21. in captis piscibus magnis 153. (30) Cœli, per Ascensionem. (31) Linteamina: quibus involutum cadaver erat. (32) De cujus studio, & amore sanctissimô, erga JESU demortui corpus, & allocutiô Angelico, S. Joan. agit, cap. 20 à v. 1. usque ad 19. exclus. (33) Hoc enim urgebant illa Angeli verba, Matth. 28. v. 7. Et citò euntes, nuntiate discipulis ejus. &c. & ecce, præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis. (34) Matth. 28. v. 8. Et exierunt citò de monumento; cum Timore, & Gaudio magnô.

IV. (35) Die Cœnæ Domini, & Parascevês: quibus Dominum Jesum ceperunt, ligârunt, abduxerunt, torserunt, in crucem egerunt, occiderunt. (36) Pretii pactô mutuô interveniente. Germani dicunt, eingedingt. De hac locatione agitur Matth. 27.

à v. 61. usque ad f. (37) Hic erat Calvariæ colli Joan. 19. v. 17. Exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum: Hebraicè autem Gólgotha: ubi crucifixerunt eum: &, eô mortuô, Calvariæ quoque montis scopulos esse scissos, utì reliquas, hiantes adhuc hodie rupes, (ex Matth. 27. v. 51.) hodœporici Palæstinæ libri passim testantur, & Adrichom. Jerusal. n. 252. §. Qua quidem. &c. (38) Cæciæ venti, sunt Adriano Boreales; Simapio verò, uter Aquilonem, & exortum æquinoctialem: qui nubes, spirando, non à se abigant, sed potiùs advocent. (39) Sepulcrum enim Christi, erat in horto. Joannis 19. v. 41. Erat autem in loco, ubi crucifixus est (JESUS), hortus: & in horto, monumentum novum &c. (40) De Concilio, adversùs Jesum, interjecinô, ait S. Matth. c. 26. v. 3. Tunc congregati sunt principes Sacerdotum, & Seniores populi, in Atrium principis Sacerdotum. &c. Vix dubium; quin idem sit factum, in eo concilio, de quo idem S. Matth. c. 27. v. 62. Convenerunt Principes Sacerdotum, & Pharisæi, ad Pilatum. &c. præmissô utique priùs, inter seipsos, cœtu. (41) Permissu videlicet suô. Ite, custodite, sicut scitis. Matth. 27. v. 65. Etsi Ingenes, Concio: de Resurrect. & quidam alii, Milites illos, dicant, Pontificum fuisse, & non Pilati. Porrò, Vocem φιλάτος, ritu Græcorum, non in prima tantùm, poëta Nonnus, sed & in 2. syllaba, corripit; in paraphrasi: ut adeò ipsi sit tribrachys. nos, Latinorum

norum consuetudini servimus.(42) Sepulcralis spe-lunca. (43) Cauri, seu Cori, Græcis Argestæ, venti sunt inter Occidentem æstivum Solstitialem, & Septentriones; grandinis & fulminum feraces. (44) Æolô. (45) Angelicus vultus. Matth. 28. vers. 3. (46) Milites excubitores; facti, velut mortui. (47) Tres piæ matronæ, sepulcrum invisentes.(48) Avernali, inferâ. à Cocytus. suprà. (49) In Ascensione.

V. (50) Cursus Lunæ plenus, 28. circiter dierum, si duodecim insuper adjectos dies acceperit; 40. conficientur dies. Quod totum temporis spatium, etiam bis viginti Soles efficiunt. Porrò, sive Procelevsmaticum velis agnoscere in voce Duodecimus; sive malis, coalescere per Crasin, U, & O, in primâ statim syllabâ: perinde fuerit, & arbitrarium: nisi, quòd in posteriore optione futurus sit Dactylus, cum redundante syllabâ. (51) Lunæ. superiùs. Sic & Sol, & Apollo, seu Phœbus, ceu Lunæ frater, Cynthius dicitur. Virgil. ecl. 6. v. 3. (52) Inferis: ad quos descendit Christus: & à quibus reversus in vitam est. Hos irrisor Epicurèus, Horatius, explosit. l. 1. Od. 4. Jam te premet nox, fabulæque manes. Non visus est eventilare Propertius l. 4. el. 7. Sunt aliquid Manes: lethum non omnia finit. Nobis, ex articulo Symboli Apostolici 5. & è Symbolo S. Athanasii, & 1. Petri 3. v. 19. Divina veritas est, dubitationis incapax. (53) Oseæ c. 13. v. 14. Ero mors tua, ô mors! ex persona Christi prædictum. (54) Paradisiaci. Nobis enim Elysium nemus, de

quo Maro agit, l. 6. Æneid & læta arva *nominat*, Paradiſus *eſt*. (55) Judaici *quæ terra*, (*ſicut univerſim* Synagoga, & *Jeroſolyma*), *filio Dei*, *licèt ſtirpis Judaicæ germini*; *non* Matrem *ſe præbuit*; *ſed ſævam* novercam: & *ut Ezechielis* 24. *v.* 6 & 9. *vocatur*, Civitatem-Sanguinum. (56) Montis, *ſeu Clivi*, Calvariæ: *qui tumulus olim fuit, ex aggeſtu terræ, oſſium, craniorum: ultrà Vallem Cadaverum, cis locum Caſtrorum Pompeji Magni. Tabulam Adrich. vide, in Jeruſal.* & *Viſcherum in eâd. poliographiâ.* (57) *Quæ hæreſis*, Merita, mercedémque *reſtè factorum, uſque adeò vilefacit*; *ut nec vocabula quidem dicat eſſe ſuſtinenda* Reformatis (*ut ſe vocant*) auribus, *ac mentibus.* (58) Qui aſcendens ſuper omnes Cœlos, &c. *canit S. Eccleſia in Præfatione Pentecoſtês.* (59) *S. Greg. homil.* 29. *in Evang.* Is, qui fecerat omnia, nimirum ſuper omnia, ſuâ virtute, ferebatur. (60) S. *Gregorius Nyſſenus, Orat. de Aſcenſione.* David infert ſe cæleſtibus Poteſtatibus, & voces earum nobis exponit: cùm, in Cœlum redeuntem Dominum, ipſæ comitantes, Angelis, qui verſantur in terris, &c. imperant in nunc modum &c. (61) *Monte Oliveti: quem Chriſtus*, (*frequenti illic conventu*, & *oratione, cum diſcipulis ſuis*, Joan. 18. *v.* 2. *verſari ſolitus*), *ipsâ ſacroſanctâ ſuâ præſentiâ ſacrârat*: & *demum, ſuô quoque in cœlum aſcenſu.* Act. 1. *v.* 12. (62) Olivarum; *quæ* Palladi, *apud priſcos*, *ſacræ cenſebantur*: & *ab ea primò ſatæ.* (63) Joſaphati:

phati : quæ & Vallis-Cedron dicebatur ; & ipsa arbustorum plena. (64) Qui, monti Olivarum adsitus, pars montis erat. Joan. 18. v.1. (65) Pausia, æ, genus Olivæ; quod, non nisi paviendo, & tundendo, fructum, & liquorem, reddit. Virgil. 2. Georg. Nec pingues, unam in faciem, nascuntur olivæ: Orchites, & radii, & amarâ pausia baccâ. (66) Sylvæ regionis Galaaditarum, trans Jordanem : ubi plurimum gummiferarum, & resinâ fluentiũ, arborũ. suprà ad libr. 1. V. test. de reditu Jacobi, in Chanaanitidem. (67) Etiam regnum Basan, trans Jordanem, saltuosum est. indè, Quercus Basan, in SS. litt. celebratæ. suprà, V. test: ad l. 1. de reditu Jacobi. Vide, si vacat, Adrich. in Gad, & Manaß. transamnanô. (68) Angelorum. suprà, è S. Greg. Nyssenô. (69) Trabea, alia tota purpurea; alia, purpurea, albô additô; alia denique purpurea toga, sub tegmine puniceo; & aurô fibulata. (Suetonii vetus liber, de generib. vestium). Regalem trabeam, memorat Virgil. 7. Æneid. sed parvam. At hæc nostra, promissior est, & amplior. (70) Miles scilicet Angelicus, & militia illa cœlestis; de qua Lucæ 2. v. 13. ut infrà. Singulare, pro plurali: per synecdochen. (71) Christi ascendentis. (72) Oliveti; Christo familiariter frequentati. (73) Discipulorum utriusque sexûs, fortassis, idem numerus; qui mox deinde convenit in cœnaculum Sionis. Act. 1. v. 15. (74) Præ gaudio devotô discipulis lacrymantibus : quos, plus semel, Christi sociorum

(ἑταίρων, aut ἑτάρων) vocabulô Nonnus insignit. (75) Quos, è limbo, ante 40. dies, secum eductos; nunc pariter in cœlum secum vehit. de quibus & S. Paul. agit Ephes. 4. v. 8. & S. Ecclesia, hymnô post Paschа, ad Laudes. Patrum Senatum liberum, Educit ad vitæ jubar. (76) Triumphabat Christus, ut supremus Imperator. Cæteris, ut inferioris meriti comitibus, sufficere debebat Ovatio: quæ, aliquantò magìs privatum quid, triumphô veteribus erat. (77) Utriusque pedis, seu calcis, vestigia, non omisit Christus ascendens, impressa relinquere monti Olivarum. De his, & Ribadenejra l. 1. vitæ S. Ign. Lojolæ: & alii multi. quidquid Stephanus Gumpenbergius, ad finem hodœporici sui, de uno solo, eôque dextrô, pedis vestigio superstite, memoret. Refutatur enim ab iis, qui, posteriores ævô, illa inspexerunt ambo: ut, S. Ignatius de Loyola, apud Ribadin. cit. l. 1. c. XI. & Danielem Bartholi l. 1. vitæ, num. 24. & ab aliis. (78) Scandebat enim aliquousque, motu (ut Philosophi loquuntur) progressivô: sed penitùs fatigationis experte. (79) Altaris, sub aperto cœlo stantis. (80) Nutrimentô ignis thureô. (81) Apici, & cacumini suo, pyramidali. (82) Cœli. Hæc, in Similitudine quidem Fumi thurei, largi, & diuturni, per auxêsin; in Christo autem Ascendente, summâ Veritate dicuntur. (83) De reditu, in urbem Jerosolymam, (quæ Sabbati itinere distabat ab Oliveti monte, Actor. 1. v. 12.) &, ut ait S. Joan. cap. 20. v. 11. ad semetipsos, id est, ad diversoria cujusque, locáq; nota; minimè, vel cogitans,

vel curans. (84) Christus. (85) Venti meridionalis: qui cumprimis pluvius, ac nimbosus, est. (86) In Armenia (quæ regio, post Phœniciam ac Syriam, in Septentriones jacet) nivosissimi montes sunt : & hiemes acres, præproperæ, diuturnæq;. Cornel. Tacitum vide, Annal. l. 13. de expeditione Corbulonis : cujus militum uni brachia, fasci lignorum vi frigoris concreta, adstrictáq;, manus ambas cũ fasce deciduas, amiserunt : colligitúrque id, etiam ex Actis 40. martyrum ; in lacu, ad Sebasten Armeniæ, congelatorum, die 9. Martii. (87) Panégyris totius Græciæ, & Sollemnitas celeberrima, erant, in Elide Peloponnesi, Olympia. ad quam celebritatem hîc alluditur. (88) Semetipsum exinanivit; Formã Servi accipiens, ait de Christo S. Paul. Philipp. 2. & v. 7. Humiliavit semetipsum, factus obediens, usque ad mortem : mortem autem Crucis (quæ propriè Servorum erat supplicium.) Propter quod & Deus exaltavit illum. &c. (89) Cœlestes ; & è primariis Angelis. (90) Cástorem & Pollucem, germanos; quos suos, & maris, Deos stulta Lacónum veterum fecit superstitio ; ac cœlestia duo Sidera, Gemellósque, vulgò vocavit. In plurali numero, Cástores, non Castorem modò, sed Pollucem quoque, significat. quin & quandoque in singulari ; ut, si ædes Castoris dicatur : si navis Castoris, signum Castoris. &c. de qua utrâque re, vide non modò Tranquillum in Julio, cap. 10. sed etiã Sacrum scriptorem Actor. cap. 28. v. XI. ubi imperiti legunt, Insigne Castrorum, aut Castórum,

pro Cæſtorum. (91) De Martiali bellicosôque Galilæorum ſpiritu, lege Joſeph. Flavium bell. Jud. à l. 2. ac deinceps paſſim. & Act. Apoſt. c. 5. v. 37. (92) Ut impleatur vaticinium pſalmi 18. v. 5. **In omnẽ terram exivit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.** *Id quod & impletum eſſe S. Paul. affirmat Rom. 10. v. 18. &, impleri quotidie adhuc, per Apoſtolorum ſucceſſores; res loquitur.* (93) *De quo Judicis ſupremi adventu agitur Matthæi c. 25. à v. 31. uſque ad fin.* (94) *Locum, & Arã prætoris, jus dicẽtis. ſuprà, ad l. 3. V. teſt:* (95) **Filius enim hominis, venturus eſt in gloria Patris ſui, cum Angelis ſuis: & tunc reddet unicuique ſecundùm Opera ejus.** *Matth. 16. à v. 27. Tunc multis dicetur, quod Daniel: 5. dictum eſt regi Babylonio. v. 27.* **Appenſus es in Statera: & inventus es minùs habens.** (96) *Apocalyp. 1. v. 16.* **De ore ejus** (*Filii hominis*) **gladius, utrâque parte acutus, exibat.** *Quæ verba repetuntur, cap. 19. v. 15. & additur:* **Ut percutiat in eo gentes.** (97) *De tempore Judicii, agit obiter S. Joan. Chryſoſt. homil. 79. poſt init. in Matth. verba c. 25.* **Mediâ autem nocte clamor. &c.** (98) *De qua S. Matthæum vide cap. 24. v. 31.* (99) *Hôc cognomentô affectus Romæ Caſſius quidam judex eſt; ob inevitabilem ejus, in vero crimine, condemnandi ſeveritatem, & conſtantiam.* (100) *Romani.* (101) *Æginæ rex: ob juſtitiam, à priſcis creditus, unà cum Minoe, ac Rhadamantho, inſpicere cauſſas mortuorum, apud Inferos.* (102) *Matth. 8.*

v. 20.

v. 20. Vulpes foveas habent; &c. filius autem hominis, non habet, ubi caput reclinet. (103) Mortem autem Crucis (*ait* S. *Paul. Philipp.* 2. *v.* 8. *&* 9.) Propter quod & Deus exaltavit illum. *suprà.* (104) Judiciali: *quo Rei incedunt* Atrati, *seu* pullati. *alibi, ad libr.* 3. *de Zachar. & Jesu*, Josedechi *fil.* (105) *Bonis amicabiliter, Improbis torvùm relucente.* (106) *Essedum, vehiculi Gallici, Britannici, & Belgici, genus est.* (107) *Vesuvii, montis Campaniæ, hodie* Summa, *vel* Soma. *Is flammas evomit: sicut hôc annô* 1669. *sub veris initium,* Ætna Sicula; *& aliàs,* Hecla Thulês. Dicitur *porrò, Vesuvius Latinis; & poëtis, Vesevus quoque; & Vesvius Martiali, lib.* 4. *epigr.* 44. *si rectè legas: ac Pap.* Statio Vesuvínus *apex.* 3. *Sylv. ad Claudiam uxorem. &* Vesbius Silio *Italico, seu Vesvius.*

VI. (108) *Act.* 1. *v.* 13. Et, cùm introissent in Cœnaculum; ascenderunt, ubi manebant Petrus, & Joannes, &c. *Hic locus hodiéque ostenditur Jerosolymis, in monte Sion; & incolebatur ab RR. Patribus ac fratribus Ordinis* S. *Francisci.* (109) 12. *Apostolorum Domini: quem numerum jam redintegrârat* S. *Matthiæ, in Judæ locum, sublectio.* (110) 7. *diaconorum, & 70. discipulorum Domini reliquorum: qui prædicationem Apostolorum, & ipsi verbis, ac ministeriis, adjuvabant ac promovebant: & quidem ferè sinè calceamentis, ex præcepto dominicô, Matth.* 10. *v.* 10. (111) *Quantum Sole cruciarentur, & ideò Solem odissent & exsecrarentur, Æthiopum nonnulli populi; Strabo, temporum eo-*

rum æqualis, tradit, primis Geographiæ ſuæ libris. (112) *Fidei, Evangelíque Chriſtiani, lumen.* (113) *Jeroſolymis.* (114) *Inſulæ in Nilo maximæ, ultra Syénen: cujus Meröês, latitudo eſt ad mille; longitudo, ad 3. millia, paſſuum.* (115) Spectat enim *Antarctici poli ultimum, remotiſſimúmque, meridiem:* **ad Zonam** (*inquit Carol. Steph.*) **Torridam.** *immò, ut Blave aſſignat, in Orbis tabula Geogr. œcumenicâ,* **ſub Zona ipsâ.** (116) *Evnuchus.* **De *hoc utroque vocabulo, annotavi ſuprà, V.T. l. 3. in Daniele.*** (117) *E montibus enim Lunæ (ſic dicuntur) Nilus oriri fertur.* (118) *Jordani: cujus duo capita erumpunt, ad meridionalem Libani pedem. Adrich. vide, in tabula Nephthalim.* (119) *De hac regina, cum Romanis generosè belligerante, & unô oculô captâ,* **Strabonem *adi*,** (*ſcriptorem geographicum, Græcum;* **Chriſto, & *Philippo diacono, apoſtolisque, σύγχρονον,**) *libro 17. à pag. 945. editionis Hœſcheliance, in fol.* (120) *Vix enim ulla eſt de Chriſto, ejúsque paſſione, prophetia Illuſtrior; quàm illa ipſa, capitis 53. à v. 7.* (121) *Hic, non fuit Philippus Apoſtolus, à Bethſaida; ſed ille, Actor. 6. nominatus inter 7.* **diaconos,** *Cæſareæ Palæſt: aliquando incola, cum 4. filiabus virginibus prophetiſſis: Actor. 21. v. 8. & 9. qui idem &* Evangeliſta *ibid. dicitur; ob Evangelii, non conſcriptionem, ſed aſſiduam promulgationem. Ità docet & Menoch. in caput 8. Act. v. 5.* (122) *A Samariæ (cujus urbs aliquando primaria* **Sichar,** *ſeu Sichem, fuerat) regione: ubi Evangeli-*

*um dissemināra*t (*Actor. 8. à v. 5.*)*fructu magnô; reportánsque manipulos suos : juxta phrasin psal.* 125. *v. ult.* (123) *Rhedæ.* (124) *Fruges doctrinæ* **Christianæ.** Farra, *plurale, Virgilii est* — **hibernô** lætissima pulvere farra. *& alibi sæpius.* (125) *Silii Italici vox est, l. 7. pro, Irreserata, adhuc occlusa.* S. *Paulus ad Ephes. 3. v. 9.* appellat Sacramentum, absconditum à sæculis in Deo: *mysteria sc: Evangelii Christi.* (126) *Eloquentia: cujus præses credebatur* πειθώ, *seu Suada.* (127) *Evnuchus,* ex Abassia *usque veniens; ut agnoscit etiam Steph. Menoch. in c. Act. 8. v. 27. qui tamen jam fuisse proselytum (adeóque hoc ipsô, Judaicæ religionis* advenam, *ac peregrinum aliquando),censet,ibid.* (128) *Non* credere *tantùm, sed &* Servare, *& opere implere,* omnia, quæcunque præcepit Christus. *Matth.* 28. *v.* 20. (129) *Vide suprà, notam* 127. Abassia *verò tunc prorsus adhuc in divinis inculta erat* (130) *Genes. 17. v. 4. & 5.* Patrem multarum gentium constitui te. (131) Angelus : *ait Menoch. in c. 8. Act. v. 39.* (132) *Hæ urbes, & oppìda, secundùm littus maris mediterranei, ab Austro Aquilonem versùs se expandunt. Tabulas vide Palæstinæ apud Stellam, Adrich. Visscherum. &c.* (133) Sarónæ *fit etiam mentio Actor. 9. v. 35. ut & Lyddæ.* (134) Cæsaréam Palæstinæ ; *olim dictam,* Stratonis Turrim, *à primo positore.* (135) *Philippi; in prædicando strenui, & imperterriti.* (136) *In adagiis est Inutilium laborum,* Cavam Arabiam conferre:

ſerere: *ſicut &*, Æthiopem lavare. (137) *Abaſsîna.*

VII. (138) *E contrario oppoſitas : ſicut ſunt gentes Aquilonis, gentibus Auſtralibus, & Aquilo Africo*; Septentrio *meridiei.* (139) *Maris magni Occidentalis, ſeu Oceani Atlantici.* (140) *Angelis beatis.* (141) *Labor, & induſtria iſta, tam Angelorum, quàm Apoſtolorum, Evangelii præconum.* (142) *In ſortitionem, & loci deſignationem, à Deo faciendam.* (143) *Quæ vox*, Evangelii, *non ſcriptorem tantummodo (cujuſmodi SSSS. Matth. Marc. Luc. Joannes) ſed prædicatorem etiam, notat, juxtà ſuperiùs dicta, ex Act. c. 21. v. 8.* (144) Chriſtus, *convertens eum à Judaiſmo, & perſecutionis furore, ad ſuam legem, & manſuetudinem. Actor. 9. à v. 1. usque ad v. 31.* (145) *Quo ſenſu, primò* lupus *fuerit, & quomodo poſtea mutatus in* agnum, *S. Paulus; explicat S. Auguſt. Serm 14. de Sanctis. ubi, inter cætera, etiam de Chriſto ait;* Occiſus agnus à Lupis, & faciens agnos de lupis. *qualis lupus fuerat Saulus, de quo pſalmus quidem 67. ait;* Benjamin adoleſcentulus, in mentis exceſſu (*quando nempe jam Agnus erat, in raptu ad tertium cœlum*): *patriarcha verò Jacob, Geneſ. 49. v. 27.* Benjamin, lupus rapax: *videl. Ante converſionem.* (146) *Ut, quando v. g. manſuefecit Philippis, cuſtodem carceris; & ipſos demum Magiſtratus. Actor. 16. Agrippam regem, ac Feſtum præſidem, Actorum c. 26. à v. 28. uſque ad fin. Fulium centurionem, Act. 27. v. 43. & ſuperiùs, à verſ. 3.*

(147)

(147) *In hac jam Partitione, & magis infrà, de Macedonia, sequuntur gentes, regiones, urbes, montes, & loca: quæ, tum longum esset, singillatim persequi; tum etiam supervacaneum, apud ἀγεωγράφους. Utiliùs igitur inspicientur in re præsenti; pro* S. Pauli *quidem historia,* Tabula peregrinationis seu Itinerarium S. Pauli, *apud Ortelium; aut Visscherum, &c. pro* Macedonia *verò,* Græcia Sophiani, *ad Occidentem; maximè Europæum, & æstivum.* (148) *Fluvii; qui, in Pontum Euxinum, à meridiano cœli tractu, decurrens, Mysiam Minorem, & Mysiam majorem, dividit, & à potiore secat.* (149) *Terræ Bithyniæ: quæ ante, seu juxtà, regionem Ponticam, & Galaticam jacet; Occidenti, & meridiei, propinquior.* (150) *Sementem Evangelicam, & cœlestem, Verbi Dei: de qua Matth. 13. à v. 4. & seq. & infrà à v. 14.* (151) *Troadem, regionem maritimam ex magna parte, suprà sinum Adramytenum, & supra, ponèque, Hellespontum: in qua* Troja *Asiatica, Homero decantata. Quæ regio subinde &* Dardania (*minor*) *poëtis dicitur, à Dardano rege: Trões, Dardanidæ.* (152) **Angelus bonus, vel ipse viri Macedonis speciem, ac vocem, assumpsit** (*ait in Actor. c. 16. v. 9. Steph. Menoch.*) **vel in imaginatione Pauli** *dormientis* **formavit, & pinxit, talem virum.** *Utrocunque modô; Angelus hîc operam suam conversioni Macedonum commodavit.* (153) *Macedonicæ. Poëtis,* Emathia *passim pro Macedonia usurpatur: pars, pro tota. Emathis,*

idos,

idos, patronym: (154) Videtur(*inquit ibid. Menoch.)* hic Angelus fuisse tutelaris, & præses Macedoniæ, Paulum invitans; ut Macedoniam obiret, &c. *De his Angelis, regnorum præsidibus, egi perfunctoriè, ad l. 3. V. test. in Daniele.* (155) *Bithyniæ rex fuerat, tempore Julii Cæsaris, Ciceronis, Pompeji,* Nicomédes: *de cujus fœdô vitæ genere, præter alios, etiam Tranquillus agit, in Julio, cap. 49.* (156) Macedonica, *suprà. notâ 152.* (157) *Atho, Othrys, Rhodope, & Hæmus, ingentes sunt Macedoniæ, nonnullâque sui parte, adjacentis proximè Thraciæ,* montes. *Porrò, ὁ ἄθως, mons, 4. declin. Simplicium, Atticorum propriæ, genitivum facit (utì & hôc ipsô locô) ἄθω: sicut ὁ μενέλεως, μενέλεω, idque apud Latinos quoque; sicut Apollòs, τοῦ ἀπολλώ, 1. Cor. 1. v. 12.* Ego quidem sum Pauli, ego verò Apollo. *Strabo libro 9. Geograph. in dativo, ὄθρυι dicit. ab nominativo ὁ ὄθρυς. De* Atho, *vide* Gretser. *in annot. ad 4. Declin. Simplicium: & fusiùs differentem, super eodem, Emman. Alvarum, in annotat. ad 2. decl. Latin. ante fin.* (158) *Est Pieria, regiuncula Macedoniæ, ad sinum maris Thermaicum: circa fluvios Haliácmonem, & Phàribon.* (159) *Pelasgi, & Pelasgia, Sophiano sunt post dorsum Pieriæ, ad occidentem hibernum.* (160) *Erigòn, ònis, fluvius est Macedoniæ, per Emathiam, ab Occasu æstivo, per transversum decurrens, in Sinum Thermaicum.* Ei

flu-

fluvini urbs Ædessa adjacet. Strabo l. 7. Geogr. pag. 379. (161) Hæ omnes Macedoniæ sunt urbes: quas inspice in tabula Sophiani; juxta consilium notæ 147. superiùs. (162) Urbs ad amnem Echedórum, qui influit in Sinum Thermaicum. Sophian. (163) **Berrhœa**, urbs Macedoniæ, inter Erigónem, & Haliacmonem; & inter Pellam ac Pidnam urbes: sed remotior ad Occasum. Hujus cives, S. Pauli postea discipuli, **suscipientes Verbum cum omni aviditate; scrutabantur quotidie Scripturas; & inter se differebant de Christo: ne malè firmatâ fide, crederent.** Actor: 17. v. 10. (164) **Porticus**; ad disserendum scilicet, de Philosophia cœlesti, ac rebus divinis; sicut Athenis olim **Stoici**, in suâ Stoâ. Hic Conventum, & Ecclesiam, neophytorum significat. Brevist autem **Stoa** primam; quia omicron est: **Stoicus** autem, O, producit, quia Omega Græcis. (165) **Philippi, orum**, urbs Macedoniæ, ad Thraciam, & Septentrionem: de qua egi Decad. 4. in Ruina Philippi, Maced: regis, instauratoris ejus. In hac urbe Paulus postea Lydiam Christo, cum omni familiâ, & custodem carceris, cum domo suâ, aliósque plurimos, peperit. Actor. 16. (166) **Philippensibus** enim his ipsis deinde scripsit, cap. 4. à v. 1. **fratres mei, charissimi, gaudiū meū, & Corona mea!** Sic state in Domino, charissimi! (167) Thessalonica, ad principium sinûs Thermaici collocata, ad Septentr. ubi olim à Philippo Thessali fusi, ac subjugati sunt. Indè, νίκη, (victoria) non

Thes-

Theſſalorum; ſed, è diverſo, de Theſſalis reportata à Macedonibus: etſi non me lateat; cauſſam nominis, etiam aliam, ab Lucio Tarteo afferri. Sed noſtra vulgatior eſt. (168) *Juxta phraſin S. Iſaiæ, de Apoſtolis, & legatis, Chriſti; (& multò magis, de S. Paulo)* Ite, Angeli veloces, ad gentem convulſam &c. *cap. 18. v. 2.* (169) *Illo enim ventô; (quippe Orientali) propellenda S. Pauli navis erat; à Samothracia maximè (quò, poſt relictam Troadem, proximè appulſi ſunt; ut Macedoniam aſſequerentur) ideòque Eurô, præ cæteris, erat opus, pleroque in curſu.* (170) Primariam olim, & regiam, *Macedonum urbem: unde, de Alexandro M. poëta.* Unus Pellæo juveni non ſufficit Orbis. (171) *Excitatricem Pauli ad bella Domini bellanda, contra Sathanam, & Idololatriam.*

VIII. (172) *Macedonicæ regionis.* (173) *Angelis ſanctis, Cœli habitatoribus. Quare* Olympus, *hôc locô, non illum Macedoniæ, Theſſaliæve, aut Thraciæ, montẽ ſignificat; ſed translatè ponitur.* (174) *Ad quem uſque victorias ſuas, armorumque terrorem, extendit Alexander Magnus; & exercitus ejus Macedonicus.* (175) Italicis *primùm: nam & hæc Heſperia quandoque, ac ſæpe, dicta, comparatione ad Orientaliores terras, ut Græciam, & Aſiam. Virgil. l. 7. Æn. v. 4. & 44. & 601. & lib. priùs 3. v. 186. Deinde,* Hiſpania; *cujus & mare Occiduum, ideò dicitur* Heſperium. (176) Sole occumbente: Occaſu Solis. (177) *Corneliô videlicet Centurione, ex occidente, & Heſperiis terris, atque*

ex

ex Idololatria, conversô; cæterôsque exemplô suô, & monitis, eodem perducente. (178) Semper enim Judæis odio erat gentium, per Apostolos, conversio; ut palàm queritur etiam S. Paulus 1. Thessal. 2. v. 16. Unde erant Canibus rixosis similes; qui, ad fores, opponentes se intraturis exteris, voce, insultu, & quibuscunque possunt modis, quasi pessulum objiciunt aut catenam, de muro ad murum transversim ductam: ut in multis urbibus, ad impediendum hostis introgressi ulteriorem progressum, fieri videmus. Quare rectè de his, idem S. Paulus. Videte Canes! videte Concisionem! videte malos operarios! &c. nos enim sumus Circumcisio (mystica; & non illi) ad Philipp. 3. v. 2. & 3. (179) Illyres, seu Illyrii, Macedonibus finitima gens est; ad Occasum æstivum, seu potiùs, per obliquum latus, Caurum versùs. De hac S. Paulus ait ad Roman. c. 15. v. 19. Se ab Jerusalem per circuitum, usque ad Illyricum, replevisse Evangelium Christi. (180) Per S. Jacobum Majorem, ejúsque discipulos. (181) Qui ad Pontum sunt Euxinum, & Scythiam: ubi Naso exulavit, in littore Getico. Hi ad Christum adducti sunt, per S. S. Andream, & Philippum, Apostolos. &c. (182) In Cœlum. suprà sæpe. (183) Idolorum adorator, jam à teneris, fuerat hic Cornelius; & non Judæus: ut clarum est, è querela, adversùs Petrum mox ortâ, Actor. XI. v. 3. (184) Inter eos, qui ambibant Infernum; perinde, ac Candidati quondam, magistratum aliquem. (185) Hispanus. è Celtiberia. De hac lite, Italúsne, an

an Hiſpanus; immò & Hiſpalenſis fuerit, Cornelius; vide *breviter Baron. in ann. Chriſti* 41. *init.* & *fuſiùs Cornel. à Lapide, in cap.* 10. *Act.* S. *Scriptura plus non dicit, quàm hæc, de eo* (*quantum ad has conjecturas*) *v.* 1. Vir autem quidam erat in Cæſaréa, nomine Cornelius; centurio cohortis, quæ dicitur Italica. (186) *pro*, Operæ pretium. *Taciti eſt. Alemañi dicunt*, es tragts die Rüh nit ab. &c. (187) *Summam elegantiam urbis, portûs, turrium, & ædificiorum, Cæſaréæ hujus, deſcribit Flav. Joſeph. l.* 1. *belli Jud. c.* 16. *ſed accuratiùs, ac fuſiùs, l.* 15. *Antiqq. cap.* 13. *quem vide; & mirare.* (188) Candidiſſimô è marmore: *quod è* Paro, *inſulâ Cycladicâ, effoditur. ſuprà.* (189) *Cornelium fuiſſe tunc* Cæſaréæ Palæſtinæ *incolam, & non* Cæſaréæ Philippi; *evincit etiam hæc ratio: quòd nec nuntii Cornelii ad Petrum in Joppen, nec Petrus Joppâ Cæſaréam, tam celeriter commeare potuiſſent; quanta celeritas memoratur cap.* 10. & 11. *Actor. ſi* Cæſaréa *fuiſſet* Philippi: *quæ ultra Phœniciam, ad Libani radices, erat ſita.* (190) Cæſaréam Palæſtinæ *antiquitus dictam fuiſſe*, Stratonis-Turrim; *præter alios, etiam Flavius Joſephus aſſerit, utrôque ſuprà citato. l. & cap.* (191) Centurio *primitus dicebatur, quaſi* Centú-viro, *quòd* 100. *ſub ſe milites haberet; græcis ideò* ἑκατόν-ταρχος, *vel* (*ut S. Lucas hunc ipſum, Act.* 10. *v.* 1. *nominat*) ἑκατοντάρχης *nominatus: tametſi poſtea* Centuriæ *numerus fuerit immutatus, imò &*

immi-

imminutus. ut dixi l. de Ortu & Interitu reip. Vet. Romanæ. (192) **Centurionum**, & *Insigne erat*, & *assiduum gestamen*, **Vitis**, *seu virga, è validiore vite: quâ milites æquè regerent, corrigerent, territarent. Tacitum vide*, 1. *Annal.* & *lib. de Ortu & Inter: modò citatum.* (193) *Romanorum præcipuè, militare Signum erat effigies* **Aquilæ**: *ut annotavi ad libr. 3. V. test. in Daniele*: & *indicat Sallust. quoque, in Catil. ante fin. de* **Aquila** *Marii* **argenteâ**. *Sumitur hîc, pro legione; cujusmodi propriè Signum erat Aquila: sicut manipuli in perticis, ac vexilla, cohortium; Centuriæ autem, & ipsæ, pars erant legionarii exercitûs.* (194) *Eo namque tempore Romani militem alebant in Syria, & Phœnicia, continuum, per præsidia & urbes dispositum:* **verbo** *quidem, adversùs incerta motuum Syriæ, Phœnicês, &* **Ciliciæ**; **re** *autem* **verâ**, *ob sensim suspectam ipsis Judæam, in tumultus prurientem; ut & exitus docuit.* **Quamvis** *sanè, &* **Judæa** *Syriæ accenseretur: ut sæpe jam dixi.* (195) *In urbe* **Cæsaréæ-Palæstinæ** *fuisse, sub unum idémque tempus, simùl* **Judæos, & Syros gentiles, & milites Romanos**; *satìs docet digladiatio horum inter se frequens, apud Josephum, Antiqq. l. 20. cap. 6. & l. 2. de bell. Jud. c. 23. maximè verò cap. 32. ubi,* **uno Sabbato**, *à Syris & Romanis,* 20000. *Judæi mactati: úrbsque Cæsaréa tota Judæis vacuata fuit.* (196) *Sacrificabant, & offerebant* Syri; *thus Diis suis incendendo: quod in Arabia* **Sabæa** *nascitur. suprà ad V. test: de Juditha; & hîc ad l. 1. de Zacharia.* (197) *Pro*

Diis.

Diis. *Seneca, non ſemel. ſuprà.* (198) **Romano Jovi** *milites Romani Cæſaréæ immolabant.* (199) *Nullius adhuc religionis, apud ſe fixæ; ſicut* **Hybridæ**, *genere claudicante nati: ut* **hybridæ canes**, *è venatico, & gregario:* **ſues hybridæ**, *ex apro, & villatica porcâ:* **homines hybridæ**, *ex patre v. g. Romanô, & matre exterâ. ab* ὕβρις, *contumelia.* (200) **Juno**: *quæ mater fuit* **Hebês** (τῆς ἥβης) *uxoris Herculis.* (201) *Hercules. hi omnes Dii, templa habuerant Romæ, locis diverſis: ut alibi dixi.* (202) **Juppiter ipſe**; *qui Ganymedem puerum, Aquilæ aſſumptâ effigie, credebatur evexiſſe in cœlum.* (203) *E Marte genitis.* **Sic** *de Romulo, poëta canit, Faſtor. 1. m.* **Et caſa Martigenam capiebat parva Quirinum.** *de Romulo.* (204) *Matris Romuli, ac Remi: quæ aliter &* **Rhea Sylvia** *dicebatur; filia Numitoris. Liv. l. 1. annal. decad. 1.* (205) *Hujus* **lupæ**, *Romulum & Remum lactantis, effigiem Romani, inter Signa quoque bellica habebant. & ad hæc, Aquilásque, ſacramentum omnes nuncupabant Romani milites.* **De lupa**, *vide Livium citato libro.* (206) *Quódnam genus Signorum, aut Vexillorum, eſſet* **Lábarum**; *dixi l. de Ortu & Interitu Reip. Vet. Rom.* (207) *Similiter &, quid eſſent* **Principia** *Caſtrorum*, **forum**, **Prætorium**, *ſacella, &c. dixi ibid. è Lipſio in Polybium, & J. Roſino.* (208) *Ad aras, & Precaria, & quaſi Lararia, prætorii caſtrenſis.* (209) **Syria ethnica**: *verè barbara; ut patuit in* **20.** *millibus Judæorum, unô*

Sab-

Sabbato interfectis Cæsareæ. suprà, notâ. 195. (210) **Romani**: *quorum amnis Tiberis, seu* **Tibris**, *per syncopen. Quod si tamen scribas, cum aspiratâ th, & vocali y: primam producit.* (211) *Id palàm faciunt Scripturæ verba de Cornelio, adhuc nec Christianô, nec Judæô. Act. 10. v. 2.* **Religiosus, ac timens Deum, cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi:** & **deprecans Deum semper, &c.** *quò tamen in Judæa primùm, ac sensim, pervenisse, censeri potest; partim lumine Rationis prævio; partim naturali quadam bonitate, & ad virtutem inclinatione; partim, aliquot (etsi paucis,) meliorum exemplis inspectis. Etsi sanè* **principium conversionis** *ejus omnino tribuendum* **gratiæ supernaturali** *illuminanti, & excitanti, sit: ne in* **Semipelagianismum** *propendeamus. de quo vide doctè Theologicèque differentem Alardum Gazæum, Ordinis S. Benedicti, in caput 13. 14. &c. libri 12. Institt. Cassiani. Et in Collationem 13. abbatis Cheremonis.* (212) *Inferni.* **Sinè fide namque impossibile est, placere Deo.** *Hebr. XI. v. 6.* (213) *Indè erueret, & liberaret.* (214) *Tobiæ 12. v. 8. & 9.* (215) *Tobiæ 4. v. XI.* **Eleemosyna, non sinet Animam ire in tenebras.** *q. d. lucerna est itineris, quô à tenebris Tartareis receditur; & tenditur inoffensè ad Lucem sempiternam cœlestis Paradisi: de quâ luce loquitur Offertorium Officii & Missæ Defunctorum.* (216) *De qua Matth. 7. v. 14.* (217) *Illuminare (quod quidem ego legerim) in Latinitate vix reperietur, nisi*

translatè. *v. g.* Illuminare orationem coloribus ſchematum, *figurarum, ſimilitudinum, paradigmatum, ſeu Exemplorum.* &c. Aſceticis *tamen,* pro Illuſtratus, *ſumitur,* & *placet.* (218) *Cœleſti: nempe, Angelo.* (219) Sagum, *veſtis Romanorum militum: diſtincta, contrà togam; quæ* Pacis *erat amictus.* (220) *De hoc ita Sacer Scriptor. Actor. 12. v. 3.* Is vidit in viſu manifeſtè, quaſi horâ diei nonâ (*quæ nobis hîc hora tertia pomeridiana*) Angelum Dei introëuntem ad ſe, (& *quidem,* in veſte Candidâ, *Act.* 10. *v.* 30.) & dicentem ſibi, Corneli! &c. (221) *Ubi Heſperus oritur, Stella veſpertina; nocte paullatim ingruente.* (222) *Bætici, in Hiſpania.* Tarteſſus, *olim urbs ibi:* & Tarteſſis regio, *ad oſtium Bætis: eſt ad Occaſum hibernum, & Zephyrónotum.* (223) *Sic enim de ſeipſo Cornel. ait Act.* 10. *v.* 30. A nudiusquarta die, uſque ad hanc horam; orans eram horâ nona, in domo meâ (*Utique, locô, à turbis ſeclusô & opertô; ne ab interpellantibus turbaretur: ſicut lavaria, & oratoria precaridque, eſſe ſolent*). & ecce, vir ſtetit ante me &c. (224) *Templi v. g. Jeroſolymitani. Et alioqui S. Paulus ait;* Volo, viros orare in omni locô: *dummodo* levantes puras manus &c. 1. *Tim.* 2. *v.* 8. (225) Auſo, & Auſon, *in ſingulari etiam, (ait Sinapius)* pro eo, qui eſt ex Auſonia, hoc eſt, Italiâ (*ſicut Cornelius hic, cujus & nomen erat Italicum*), ab Aúſone, Ulyſſis, & Calypsûs, filiô, *ductâ Auſoniæ appellatione.* (226) Cœli. (227) *Animæ, dubitationibus variis,*

variis, circa veram Religionem, *obscuratæ: donec de cœlo ei diesceret.* (228) *A* Patre, *simul* lumi-num, *Jacob.* 1. *v.* 17. *simùl VERBI Increati, Joan.* 1. *v.* 1. *id est Secundæ Personæ in Deitatis triade.* (229) Verbum æternum increatum, *antequam carnem & hominem assumeret, erat Dei filius, ac Deus de Deo: nondum autem* Christus & Messias: *qui, sub Unitate Personæ, compositum est Dualitatis Naturarum; divinæ sc. & humanæ. & tunc demum erat* Messias *ille, in lege prophetîsque toties promissus.* (230) *Urbem maritimam, ad mare mediterraneum, versùs Occidentem Judæis: inter Jamniam & Apolloniam. hodie* Japha *dicitur.* (231) *De his sic Sacer Scriptor, Act. 10. à v. 3.* Is (*Centurio Cornelius*) vidit Angelum Dei introëuntem ad se, & dicentem sibi; Corneli! At ille intuens in eum; timore correptus dixit, Quid est, Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriam, in conspectu Dei. Et nunc, mitte viros in Joppen, & accerse Simonem quendā, qui cognominatur Petrus. hic hospitatur apud Simonem quendam coriarium; cujus est domus juxta mare, &c. (232) *Ministris, & nuntiis, quos Joppen, ad Petrum, mittes.* (233) *Qui ducit ad cœlum: & qui te adhuc latet.* (234) *Adium, accessum, & introitum. q. d. sinite Petrum intrare, verbis suis, in animos vestros: date locum catechêsi illius.* (235) *Sacro baptismo.* (236) *Cornel. centurio.* (237) *Quem Spiritus Sanctus impulit; & ecstasi*

mirificâ, & verbis insuper expressis: ne dubitaret, néve cunctaretur, proficisci Cæsaréam, ad Cornelium Christo, cum suis, adjungendum. Actor. 10. à v. 9. usque ad v. 21. (238) *Actor. 10. v. 44.* (239) *Act. 10. à v. 45.* Obstupuerunt fideles ex circumcisione, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritûs Sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis: & magnificantes Deum. *& hæc erant illa* ardua, *Magnalia nempe Dei, sicut Actor.* 2. *v.* XI. (240) *Tametsi enim hæc Cornelii Conversio acciderit anno demum* 3. *Caji Cæsaris, adeóque extincto jam Tiberio (ut ait Baron. in annum Christi* 41. *post initium) sacramentum tamen jam antehac, & omnium primò,* Cornelius, *ejusque milites, dixerant Imperatori* Tiberio, *priùs; quàm navigarent ex Italia in Judæam: ubi aliquot jam annis morabantur; ut apparet.* (241) *JESU Christo, in baptismo.*

ANTI-

ANTIQVITATUM ANGELICARUM NOVI TESTAMENTI LIBER III.

ARGUMENTA partitionum.

I. *Cornelii Centurionis rectè factis, terrâ; succedunt proximè Julii, itidem Centurionis, acta marî. Hujc Paulus Apostolus, importunitate Judaicæ gentis appellare Cæsarem coactus, committitur; è Palæstina Romam navî transportandus in vinculis. Hi, navigatione primùm commodâ, usque in multum autumnum, usi; ac ne æquinoctiô quidem inquietati: diversa marîs ac littorum loca placidè prætervehuntur, aut adeunt: donec in viciniam ventum est Cycladum insularum, & Gnidi peninsulæ: ubi tempestatis facta mutatio in deterius. Multùm autem procellæ creverunt, brumâ postea autumnali tempori succedente; ventísque iniquîs increbrescentibus: quorum inclementiâ, excluſi Cretâ, portuúmque complurium opportunitate, vectores; inciderunt demum, in ventum etiam Typhonicum. Is, aliorum quoque turbinum, ac flatuum, concurſu*

adjutus, & incitatus, magnã in vita desperationem plerosque navigantium; idololatras etiam, ad inutilem Deorum suorum invocationem; navim autem, extremum in discrimen, adduxit, & ad fortunarum, quibus onusta fuerat, projectionem. Inter quæ tamen Paulus, (caterà inconcussus, & omnia divino beneplacito permittens, de comitum verò suorum, jam fidelium, incolumitate, de Infidelium autem aternâ Salute, Romaq3, & Italiæ, conversione, longè maximè sollicitus) pro his omnibus enixè Deo seipsum, suásque preces, offert. Obdormiscens autem demum, ab Angelo de futuris circa navem, vectores, & ipsúmmet, instruitur, & animatur. Qui evigilans, invicem & alios de his instruit, & animat. Sed nocte, posthæc, decimâ quartâ, allisâ affixâque, ad locum maris periculosissimum, & fractâ, navî: Paulus, cum vinctis cæteris, jamjam obtruncandus; bonitate Julii centurionis servatur, unà cum concaptivis. qui Julius, ob id factum, omni terrarum orbi salutiferum, gratulabundè laudatur. Paulus interim, Vas Electionis, enatat; & evadit in Melitense littus: ac, propter Paulum, omnes alii, incolumes. A Melitæis porrò humanitate singulari excipiuntur: & Paulus, à vipera licèt invasus, evadit tamen illæsus; ac miraculi quoque posthumi, indè exorti, perennantísque, gloriâ thaumaturgus. Cætera, Sacra Scriptura verbîs prafixîs, & Notis, ad libri calcem subjunctis, illucescunt.

II. Hujus Partitionis summa, patet ex ipso Actu-

Actuum Apostolicorum textus, Jambis premissô.

III. *Decimô, ab Ascensu Servatoris in cœlum, annô, Herodes Agrippa Senior, Agrippæ Junioris, & probrosæ Berenicês, pater, à Cajo Caligula Cæs: rex factus, à Claudio verò Cæs. auctus regnis; Româ, (ubi captivus aliquamdiu fuerat), in Palæstinam rediit, haud expers fastûs; &, ostentatione sui, erga templum Jerosolymorum, & sacra Judaica, studii singularis, popularis captator auræ. Quam ut viâ compendiosiore nancisceretur; insectari Christianos cœpit, usque ad gladium. ut retineret autem illam ipsam, & augeret; Petrum quoque, (adversùs eum insuper calumniîs, & falsis criminationibus, summi, medii, & infimi sacerdotii Judaici, exstimulatus) morti destinatum, in carcerem conjecit, tetrum, & Phalaridæo veteri persimilem. Idq; fecit, Paschæ populosissimô tempore, & conventu; ut à pluribus, quàm vulgarî festô, spectantium millibus, Petri mors frequentaretur; & regem extolleret. Finitis porrò vix planè diebus, quibus pane fermentatô vesci non licebat; populo, pontificibúsque, idipsum avidè cupientibus, ipse cupientissimus, ostendit, se Petrum morti daturum: ídque, nominatô etiam supplicii locô. Petrus autem, id interim sollicitus unicum, quo pactô, si jam tunc sibi mors instaret, Christi Domini vaticinium forex implendum; quo sibi vitæ quondam exitum prædixisset eventurum* in senectute, *quæ nondum, tamen adesset: cætera Deo, per omnia, remittebat;*

ut & populus fidelis eidem Petrum, ejúsque cauſſam, per aſſiduas preces, publicè, domeſticatímque, ſollicitè committebat: ídque felicî ſucceſſu. Nam Herodes quidem Agrippa, penitùs exactô jã ſeptiduô Paſcha, in diem proximè ſequentem, pridianô veſpere, per tubam, Petri ſupplicium, intrà & extra urbem, curârat indicendum: populíque Judaici propterea, per totam noctem illam, vigil, & varia erat, impatiénsque, exſpectatio, deſideria, conjecturæq; de genere mortis, Petro inferendæ. SED Angelus, cœlô miſſus, Petrum eádem nocte, de profundo ſomnô excitatum, iîs educit rerum periſtaſibus, quæ referuntur à Sacra paginâ, Jambis præmiſſâ: niſi, quòd Somnus, etiam militum, divinitus immiſſus illis, ſomno Petri addatur, & paucis diducatur: ut & Porta Ferrea excutitur, per modicam Expolitionem. Porrò, evanéſcente tandem, inter medium egreſſum, extra Regiam Herodis, Angelô, tam ingens beneficium ſuæ libertatis animô gratiſſimô Petrus agnoſcit, & ſecum ipſe lætus prædicat: captôque ex arena conſiliô, tendit ad pia cujuſdam matronæ, Mariæ, domum; à cujus incolis, & conventu, poſt exſpectationis aliquantam moram, latiſſimè tamen demum excipitur. ſed mox Jeroſolymís egreſſus, in tutiora, & longinqua ſe loca, recipit. Sic, eô mox nec in cuſtodia, nec in totâ Judæa, poſt ſolertiſſimam indaginem, repertô; perit Judæorum expectatio; militum cuſtodum vïta; tyranni cruentum de Petro decrètum; & ejuſdẽ impiè laudati blaſphema

phema superbia : ad ictum, ab Angelo inflictum. Subditur his causſa denique ; Cur Angeli prætermissi sint Apocalyptici ?

I.

AB ANGELO

Prædictum DIVO PAULO naufragium: & indemne præstitum.

Actuum Apostol. cap. 25. 27. & 28.

*Circumsteterunt Paulum Judæi, qui ab Jerosolyma descenderant ; multas & graves causſas objicientes : quas non poterant probare. * Festus autem, volens gratiam præstare Judæis, respondens Paulo, dixit : Vis Jerosolymam ascendere ; & ibi de his judicari, apud me ? Dixit autem Paulus ; Ad tribunal Cæsaris sto : ibi me oportet judicari. Cæsarem appello ! Tunc Festus, cum concilio locutus, respondit ; Cæsarem appellâsti : Ad Cæsarem ibis.* cap. 25. à v. 7. usque 13. *Ut autem judicatum est, navigare eum in Italiam ; & tradi Paulum, cum reliquis custodiis, Centurioni, nomine* JULIO, *cohortis Augustæ: &c.* Cap. 27. à v. 1.

CORNELIANI Gesta vexilli (1) dedi :
Cur JULIANA præterirem aplustria? (2)
Nam & JULIUM favore non parcô Tonans,

Centumvirale,(3) fovit in Syrti, caput;
Memorabilem cohortis Auguſtæ ducem. (4)
Hunc canimus ergò. Turbidîs PAULUS mi-
nîs
Abrahamidûm, (5) ſævæque decretô necis,
(6)
Cuj deſtinârat omnis hunc Solymæ (7) furor,
Oppreſſus; in ſubſidia Cæſareum ſua
Tribunal implorârat: ut Cauſſam probam
Agitaret urnîs, Supera ſors, etiam improbîs;
Qualîque cunque vinceret tandem forô,
Vim Lex, Sionem (8) Roma, Judæos Nero. (9)

Aſcendentes navem Adrumetínam, incipientes navigare circa Aſia loca; ſuſtulimus. * *Sequentî autem die devénimus Sidonem. Humanè autem tractans Julius Paulum, permiſit ad amicos ire: & curam ſuî agere. Et indè cùm ſuſtuliſſemus; ſubnavigavimus Cyprum; propterea, quòd eſſent venti contrarii. Et pelagus Ciliciæ & Pamphyliæ navigantes; vénimus Lyſtram, quæ eſt Lyciæ. Et cùm multis diebus tardè navigaremus, & vix devenisſemus contrà Gnidum, prohibente nos ventô; adnavigavimus Cretæ &c.* Act. cap. 27. à v. 2.

ET jam triremem, merce Panchæâ (10)
gravem,
Ac Cerere (11) Libycâ, (12) Julius (Pauli vigil
Cuj cura vincti fuerat, & puppis, data:

In

In puppe namque Paulus, & vinclis, erat,)
Densâ (13) suorum cinctus intrârat manu.
Hi pariter, at non sorte solverunt parî:
Liber, (14) Syrásque (15) Julius gazas trahens;
Captus, sed astra Paulus, & Christum, (16) vehens,
Oram legebat nauta Phœnicum-freti, (17)
Liquidam Stratonis orsus à Turri (18) viam:
(19)
Tyriúmque radens littus, intactâ Tyrô, (20)
Sidonis interjunxit (21) ad amœnum Sinum,
Urbísq; patulos (22) subiit ostriferæ (23) lares.
Ibi, nec benigna defuit Paulo manus
Sidonidarum, (24) nostra sectantûm Sacra:
Neque Juliana (semper, & vinctis, patens)
Humanitas. belléque principiò dabat
Se remigum velivolus in Ponto labor:
Classi favente mense, (25) Vulturnis, (26) mari.
Nec spem sereni sustulit nautis freti,
In utrumque nutans Libra cœlestis latus;
Ideóque fluxâ sæpe ventorum rotâ.
Sed aberat hujus omnis, in præsens, metus.
Jam namque Solis annuô sensim exitu,
Cœli Statera, mensis Octavi novô
Repulsa Signô, Scorpioni proximum,
Et, ab hoc, Sagittis (27) dederat in Zona (28) locum.
Hinc, consonô diffata Borearum agmine,
Ferrugo cœli, (celeris illa hiemis nota,)

Ratibus ſereni dederat Oceani fidem. (29)
Hac Spe (ſed AURÆ fluxius quid Spe rear?)
Repetita freta ſunt: nec tamen cæco impetu.
Vitata Paphus, (30) & omnis, ad lævam, Cyprus; (31)
Potiùsque, præter Iſſici (32) cornu Sinûs,
Tranquilliora, propter infidas aquas,
Sunt ſtricta, remô non retuſô, littora.
Pamphylium (33) indè pelagus, à (34) Cilicum fretô,
Lyciúmque (35) lentâ puppe ſulcatur ſalum:
Dextrà relictîs Cariæ, (36) ac Dorum, (37) plagîs;
Remotiùsque, Cycladum (38) totô ambitu:
Lævà Rhodô, (39) Casôque parvâ, (40) & Carpatho. (41)
Ibi peſſumire, turbido rurſum marî,
Mox, altiùs ſurgente, Neptuni (42) fides
Eſt orsa: plenîs donec erupit minis.
Tempus ſub unum, nequid exeſſet mali,
Transverſa mixtim bella moturus, Notum (43)
Apárctiæ (44) commiſit, Euro (45) Iäpygem, (46)
Boreámq; (47) Zephyro, (48) ſævus Hippotadæ (49) fragor.
Horum rebellî maria raptante impetu,
Dubiásq; nunc agente poſt dorſum rates,
Nunc prorsùm; & hoc, & illud, Oceani latus

Cir-

Circumsidente: similis adstricto stetit,
Inefficace nauta se remô movens.
Gnidum (50) videbat; nec tamen prendens
Gnidum,
Cochleæ (51) pelagiam (52) more gyrabat
viam.
Lentabat hanc, & plena jam autumni
fuga; (53)
Hiemísq; gelidum Sidus; ac, Decembribus
Suetæ, procellæ, quippe, glacialis Caper,
(54)
Brumæ nivosô gausapátæ (55) vellere,
Instrârat auras, ætherem, terras, mare:
Ac, mite quidquid fuerat, horrificaverat. (56)

---

*Adnavigavimus Cretæ, juxta Salmónem: & vix juxtà navigantes, vénimus in locum quendam, qui vocatur, Boni-portus: cuj juxta erat civitas Thalassa. Multô autem tempore peractô; & cùm jam non esset tuta navigatio, * &, cùm aptus portus non esset ad hiemandum; plurimi statuerunt consilium, navigare indè, siquo modô possent, devenientes Phœnicem, hiemare; portum Cretæ, respicientem ad Africum, & ad Corum. Aspirante autem Austrô, æstimantes, propositum se tenére; cùm sustulissent de Asson, legebant Cretam. Non post multum autem, misit se contra ipsam ventus Typhónicus; qui vocatur Euro-Aquilo. Cúmque arrepta esset navis, & non posset conari in ventum:*

tum: datâ nave fluctibus, ferebamur. In Insulam autem quandam decurrentes, quæ vocatur Cauda; potuimus vix obtinere scapham. quâ sublatâ, adjutoriis utebamur; accingentes navẽ: timentésq;, ne in Syrtim inciderent; summissô vase, sic ferebantur. Validâ autem nobis tempestate jactatis, sequenti die jactum fecerunt: &, tertiâ die, suis manibus armamenta navis projecerunt. Neq; autem Sole, neq; sideribus, apparentibus, per plures dies, & tempestate non exiguâ imminente; jam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Et, cùm multa jejunatio fuisset &c.

Act. Apostol. c. 27. à v. 7. ad 21.

DICTÆA (57) Cretæ regna remigiô Viri
Claudô (58) petebant. Jámq;, vectorum sita
Avidîs in oculis, urbium centum frequens,
Insula (59) natabat; tremula turrigerîs procùl
Tot oppidorum capita sustollens minis,
Non influebat, hospitô promptum sinu,
Portum, vagis rerruſa turbinibus, dromas, (60)
Salmóna (61) vix, Bonôq; non Portu (62)
procùl
Moenia Thalassæ, (63) quassa sunt remi
sonô:
Intrata non sunt, Asper Argestes, (64) trucî
Cum Libye, (65) Thetidis (66) omne jus e-
verterat.
Utcunq; melior, Circiorum (67) immanium
Vim temperârat fulminatricem, Notus. (68)
Offer-

Offerre quippe visus, è votis, erat
Phœnîca (69) portum, sedis optandæ locũ;
Quem Dux (70) triremi, providus, fessæ malîs,
Decrêrat, hiemis molle subsidium, dare.
Sed mox, suæ Libs concolor ventus plagæ,
Spiramen Afrâ lene mutavit fide.
Nivis ad satorem (71) (fœdus amplexus novum,
Hostíq; junctus,) transit Aquilonem, Notus.
Uterq; subitò, medius, hinc Euri, hinc poli (72)
Glacialis, ipsâ Ditis (73) è bucca, luis
Æolidos (74) omne robur, ac pestem, trahunt.
Nam, PAULI in odium, barbaris rabidum minis,
Gravidúmq; nimbis, evocant Typhonicum.
(75)
Hôc jam, tubicine regis-aurarum novô,
Dirum canente classicum; tonitrû minax
Turbinis, ab omni Tethyos (76) latè sinu,
Se, ceu palàm juratus, effundit furor.
Is miscet, uno vorticis torti impetu,
Mare, littus, astra, nubila, triremem, viros;
Unàq; mercem, vota, clamores virûm:
Zephyrus, fit Eurus; hostis Aquiloni, Notus:

Au-

Auſtérq; Boream, Corus (77) Eurónotum,
(78) premens;
Concorde peſte, voce diſcordi, furunt:
Miréq; conſpirante diſſidiô ſuî,
Uníus omnes ratis in excidium ruunt.
Cœlum nigratur: éxcidit mundo dies:
Nox Solis, & Sol noctis, invadunt locum.
Vî turbinum bellace diffiatæ, migrant,
Præeunte Lunâ, fulgidæ cœli faces; (79)
Omníq; ſecum jubare ſublatô, latent.
Aethera nitentem Stygius (80) extinguit
nigror.
Translata jura Lucis, ad Ventos, erant,
Paci rebelles: facta, quæ, fieri, nefas:
Abrepta navis: hinc, & hinc, quaſſum latus:
Rupti rudentes: ſciſſa vela; & palmulæ (81)
Scopulis retuſæ, CLAUDA (82) quos cæcis
vadis
Inſula fovebat: clavus, (83) interitum prope;
Propiùs ruinam, malus: (84) in fluctu ſca-
pha;
Ac tam patente, nuſpiam eſt Portus, ſalô:
Erepta nautis Creta; cum Creta, ſalus,
Ac ſpes quietis. Vulgus idcirco ruit
In imminentis cladis augurium; metu
Lethês (85) ſupremô, nave quam fractâ, bi-
bant.
Unus per omnem planctus hanc turbam ſo-
nat.
Hi nunc in auras (omnis, in præſens,
mali
Licèt

Licèt officinas, (86) unde pendebat nigri
Ruina cœli,) supplices tendunt manus:
Nunc, fulminantis horridas veriti minas
Jovis, (87) ex Hetruscis (88) vota concipiunt
Libris,
Ad asyla divôm (89) falsa; non falsô metu,
Irrita sed ibant vota; deceptæ preces;
Spes (90) surda. Nam, quos turba vectorum
Deos,
Deásq;, duris rebus accîbant; Dei,
Deæq́;, non fuêre, sed nequam jocus, (91)
Ac, Morphei (92) depictus in tabula, Sopor.
Hinc & suam triremis, & captæ Spei,
In maria *sacram* (93) cogitur jácere *anchoram*.
Nec tutiorem se tamen, post hæc, rata,
Graviore sese ni levâsset pondere;
Cum Cererе, vasa (94) mergit, & Eoas opes;
(95)
Modò VITA, (merx nobilior,) in sicco (96)
foret.

Tunc stans Paulus in medio eorum, dixit; O-portebat *quidem, ô viri, auditô me, non tol-lere à Creta: lucríq; facere injuriam hanc, & jacturam. Et nunc suadeo vobis, bonô animô esse. Amissio enim nullius animæ erit, ex vo-bis; præterquam navis. Astitit enim mihi hac nocte Angelus* DEI; *cujus ego sum, & cuj de-servio, dicens: Ne timeas, Paule! Cæsari te opor-tet assistere: & ecce, donavit tibi* DEUS *omnes,*

qui

qui navigant tecum. Propter quod bono animo eſtote, Viri. credo enim DEO, *quia ſic erit, quemadmodum dictum eſt mihi. In inſulam autem quandam oportet nos devenire. Sed poſteaquam quarta decima* Nox *ſupervénit ; navigantibus nobis in Adria, circa mediam noctem, &c.*

Act. 27. à v. 21. ad 27.

AT, inter hæc, ſtat PAULUS, ac Pauli
comes,
Charus Tonanti cœtus, (97) innixus DEO,
Qui *ſuper* & *alas* ipſe *Ventorum* meat, (98)
Aquiloniorum dorsa cornipedum (99) premens;
Et inſidére curruum gremiis docet
Neptuniorum, (100) quotquot is tutos cupit.
Suprà ſed omnem puppis ac proræ fidem,
Solis, & unis, Gentium—Doctor, (101)
DEI
Placitis inhærens; hujus uníus ſibi
Flens advocabat numen. hoc pronè alloquens;
HINC *Syrtis* (inquit) *major*, hinc inſtar *minor*; (102)
Triremis ambæ ſtrage metuendæ mihi;
Ambæ, maritimæ tumulus ac feretrũ necis:
Quarum ſit utra, funebris merſo freti
Gurgite, ſuô datura mihi foſſam ſinu;
Nec nôſſe, quæro: nec meâ refert. Agè:

Per-

Peream ! Sed hoſce cæteros (103) quæ ſors manet ;
Quos una mecum pariter adſtringit tibi
Mens , Nazaræi cultibus Regis (104) vacans ?
Comitatus ergò noſter , his Lethês (105) erit
Iter ? ac peribit *turba* , quia *Paulus* perit ?
Poſt hos, quid illis fiet , à Sacris adhuc
Tuis, viâq; ſiderum , longè ſitis ? (106)
Italo Duci , (107) velitibus , (108) ac vinctis ? meæ ,
Ceu compedis , ſic forſan & ſociis Spei. (109)
Mors certa cunctis inſtat his : humens quidem ,
Dum fluctuantur Syrte ; (110) ſed merſis aquâ ,
Nimis heu ! Averni (111) ſiccus interitus focô :
Niſi fortè mœchum , cuj litant hodie, Jovē ,
Et Cyprin , (112) & omne priſtinum Tiberis lutum , (113)
Diviniore, nunc ſtatim, lymphâ (114) eluant :
Hic , fons Salutis ſolus (115) eſt. Quid jam loquar ,
Miſerérq; , poſt tot pubis Auſoniæ (116) neces ,
Ipſam Quirini Regiam , (117) mundi caput :
E cujus arce nunc fremit ſummâ leo , (118)
Qui , vel figurâ vocis , eſt auri gravis ,
Sed voce vivâ gravior Italiæ , NERO ?

Quid

Quid fiet urbe? (119) At prorſus hanc dede-
ras fidem (120)
Tu, cujus oris pondus, ac rerum, (121) eſt
idem;
Paulina ROMAM verba non ſterilî fore
Cordis, vel auris, collocaturam ſolò.
Quid ergò nunc? mens ecquid abſceſſit
vetus?
Cuj deſtinatum, lege tam fixâ, fuit,
Solymæa ut olim (122) ſicut excolui ſata,
Sic pariter & Romulea (123) ditarem horrea;
Latiíque, tonitrû--vocis, implerem oppida,
Chriſti ſonante nomen, ac Cœli viam.
Tunc me tuopte claſſicô ſtimulaveras: (124)
IREM, ac, refractis Tartarum (125) aggrede-
rer ſerâs;
Septémq; Montes, (126) mille diviſos deis,
UNIUS unâ lege colligerem DEI.
Mutatáne igitur, me freti factô hoſtiâ,
(127)
Tibi priſca mens eſt, Rector immenſi maris?
(128)
An potiùs (ut plerumq; ſepoſitos (129) tibi
Trahis per arcta caſuum); ſic, me quoq;,
Deductum ad atras triſtis interitûs fores,
Reddere diei, (130) nocte depulsâ necis,
Incogitantem cogitas? Méne, Abrahæ
Utpote nepotem, (131) mentis & ſcutô (132)
æmulum,
(Quod ſentio, quàm diſtet à Paulo procùl,)

Cal-

Calcare veterum poscis Heröum viam;
Et, omne contra specimen ac frontem Spei,
(133)
Tamen obsequente spem Fide perrumpere?
En! spero, credo, pareo, vivo, óccido;
Et, ab Occidente, rursus exorior Tibi!
Talia locuto, dulcis, in amaris aquis,
Obrepsit ipsâ somnus ex insomniâ.
Hunc, cœli ab arce, allapsus, ac, niveâ in stola
Excelsi ephebus (134) lator imperii, allo-quens;
PAULE (infit), inter mille currarum ve-pres,
Spargi soporis rore (135) vel minimô potes?
Spargâre tamen! ac, fessa requiescant, sine,
Pluribus adhuc firmanda tolerandis malis,
Corporis, & animi, robora. Supersunt enim,
Et adhuc manent te, mille, quæ superes, freta. (136)
Viden' hanc, minace rupe præseptam, ac nigris
Dolosam arenis, Syrtium formâ, Insulam? (137)
(Simùl autem, acutô proditum digitô sibi,
Summôq; ab undis capite surgentem, agge-rem
Paulus videbat.) Puppis hanc vestræ labor
Adnavigabit. trusa littorei tamen
In Brevia (138) sabuli, sidet; ac totô vaga

Liby-

Libycô (139) natabit fracta, fe ſpargens,
marî:
Tu fluctuabis; ac tuæ comites viæ,
Cum Duce, (140) reciprocas, (141) uda per
Ponti, manus,
Necis ac Salutis ſorte perplexâ, trahent.
Sed portuoſi placida Te demûm ſoli (142)
Excipiet hilarem ſtatio; qui maris, ac Noti,
Per mille victor mortis evades minas.
Idem favoris capiet, è Cœli ſinu,
Quodcunq; tecum portat hæc abies (143)
Virûm;
Bis capita centum, ac ſepties denûm amplius.
(144)
Hærebit altô navis; ac fundum petet:
Hominum ſed, inter iſta, nil Lethe (145)
hauriet.
TIBI namq;, tecum quidquid eſt, donat
Tonans:
Contràq;, pelagi piſcibus; quidquid fugax,
(146)
Renuet, carinæ Fata comitari tuæ.
AT tu, ſuperni juſſa quò Regis trahunt,
Impavidus ire, Paule, ne trepida; polus
Ut & Quiritûm radiet alternâ, (velut
Aetherius ille) luce: (147) nec Petro ſua
Comes abſit uſquam Stella Tarſææ (148) fa-
cis:
Quæ, Sole Chriſtô, rutilet, immensô jubar
Quà fundit æther ambitu: Sathanâ licèt,

Pha-

Phalarîq;, (149) reclamante. nam Sathanæ manum
Habebis hoſtem ſemper: ac, Superûm Patris
Aeterna fata, Regis (& Regis quidem
Neronis) ad tribunal (150) hunc Paulum trahunt.
Ibi, Numen ipſum, te *fera* huic (151) ſiſti jubet;
Ferróq; (152) ſubdi corpus: at linguæ tamen,
Ac liberæ vi vocis ingenuâ, frui.
NESCIT, catenis alligari VERITAS.
PAULO miniſter ſuperus (153) hæc; ſocio agmini, (154)
Vigil indè, Paulus retulit. Explevit rei,
Oraculíq;, tanta polliciti, fidem,
Dies ſecuta quarta, poſt decimam: (155) dies,
Ut ſera, ſic ſevera, fatorum obſtetrix;
Non Solis ullâ ſemet oſtendens face,
Mediæ ſed ipsô Noctis atrô Tartarô. (156)

Suſpicabantur nauta, apparere ſibi aliquam regionem. Timentes autem, ne in aſpera loca incideremus; de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant, diem fieri. Nautis verò quærentibus fugere de navi, cùm miſiſſent ſcaphàm in mare, ſub obtentu, quaſi inciperent à prora anchoras extendere; dixit Paulus centurioni, & militibus: Niſi hi in navi manſerint, vos ſalvi fieri non poteſtis. Tunc abſciderũt milites funes ſcaphæ*

phæ: & passi sunt, eam excidere. * *Eramus verò universæ animæ in navi, ducentæ septuaginta sex. Et satiati cibô, alleviabant navẽ; jactantes triticum in mare. Cùm autem dies factus esset, terram non agnoscebant.* * *Et cùm incidissemus in locum dithalassum, impegerunt navẽ. & prora quidem fixa, manebat immobilis: puppis verò, solvebatur à vi maris. militum autẽ consilium fuit, ut custodias occiderent: nequis, cùm enatâsset, effugeret. Centurio autem, volens servare Paulum, prohibuit fieri: jussitq; eos, qui possent natare, emittere se primos, & evadere, & ad terram exire: & cæteros alios in tabulis ferebant; quosdam, super ea, quæ de navi erant. Et sic factum est, ut omnes animæ evaderent ad terram.* Act. 27. à v. 27. usq; ad finem cap. *Et cùm evasissemus, tunc cognovimus, quia Mélita Insula vocabatur.* c. 28. v. 1.

PRO fronte (157) Mélitês (hæc enim tandem fuit,
Quam rudibus augur Sopor (158) adumbrârat notis)
Suprà Pachyni (159) rauca (160) Trinacrii (161) freta,
Sabuli doloso Punici (162) dorsô tumens,
Surgebat, à subeunte congestus salo,
Mons, (163) Syrtium stipatus infidis aquis.
DITHALASSON hunc appellat Æstum Achaicus, (164)

BI-

BIMAREM, (165) Latinus vector. Aquilonis
feri,
Eurique rapidi, bella ſtimulante Africô,
(166)
His Juliana pinus (167) implicita eſt vadis,
Hærente roſtrô (168) glareæ fallax ſtrues,
Suô triremem quæ ſinu revinxerat,
Simul hujus in ſublime tollebat caput; (169)
Simùl hauſta puppis terga Neptuno (170) da-
bat.
Hinc vis miniſtra remigum, *proram* manu
Ac ſude juvare niſa; defixam, volîs, (171)
Sudibúsque pariter, ſentit intractabilem:
Depreſſa contrà, vîque ſuperantis freti
Vorticibus undequaque ſabulosis latens,
Plenô bibebat *puppis* exitium æquore.
Triéris (172) indè tota, dat victas manus;
(173)
Dat latus, & alvum, mille dum timîs hiat:
Fluctúque victa, ſidit (174) Hinc, impar
malis,
Tumultuosô fracta diſſultu crepat; (175)
Totôque diſſipata Nerejô lacu, (176)
Quà priùs, & Eurîs (177) ierat, & remis, na-
tat.
Ad illa fuga fit ergò, quæ nemo videt,
Et multi adorant, *Aſtra*, ſurdorum maris
Divûm, (178) Lacænæ (179) matris ovũ, (180)
Caſtores. (181)
Hos invocabat turba ploratrix, ſonô,

Tot inter ora, diſſonô. Primus, negans
Supereſſe votis, ac ſpei fidæ, locum;
ACTUM EST! (magiſter navis (182) exclamat) *Syrâ*, (183)
De nave! de ſalute mox veſtrâ, viri,
Actum perinde fuerit. en! magìs, ac magìs,
Rapimur vadis, ac mergimur! Pereat citò,
Quiſquis natandi eſt rudior: & bibat Adriam; (184)
Adriæq; miſta ſorbeat vada Punica. (185)
CERTUS mori, bis moritur ipsâ obitûs morâ.

At, arte, ſiquis ſperat, aut agilî fugâ,
Superare Pontum; ſuperet, enando! ac manu,
Ut quodque primum ſe dat auxilii genus,
Prendere laboret; penſa Parcarum (186) extrahens.

MONITORE non egebat exitii Timor:
Sibi quisque dum Charontis (187) inſtantis rapit
Effugia; remos, tranſtra, relliquias ſcaphæ,
Laterúmq; tabulas; puppis, & clavi, (188) fretô
Convulſa, membra: pársque, littoreas natans
Molitur oras; vincta quantumvis manu,
Vel ſtricta pedibus æne, (189) vetituro fugam.
Hos miles (190) aſſentator, ac ſævus, ſuam
Sævo Neroni venditaturus fidem,
Prohibere tentat obviô portûs ſinu: (191)
Certus, machæræ, ſemper intentæ ictui,
Concorde rabie facere Libitinæ (192) ſacros,

Quos-

Quoscunque ſors *captiva* navi incluſerat;
Pœnas Neroni, vel daturos Néreo. (193)
Sed placidus enſes JULIUS ſtrictos videns
Plebejâ ab ira, (194) nec ratâ Juris viâ;
Manibus, & oculîs, ac minis, prohibens necem,
Et tela ſimùl, & impetum frangit ferum:
Non ille, quò probaret, aut vinctum ſcelus,
(195)
Sontes vel ipſos, ut tribunalis metum,
Legúmque vim, perrumperent legum-Rei:
Sed innocentis (& tamen, ſimilem improbis,
Subituri arenam) (196) charitate APOSTOLI;
Servate, clamat, *Paulum!* &, *hujc cacùm furens*
Ne fortè non det Ira decreto locum,
Promiſcuâ quoscunque jugulando ſtrue;
Uníus hoc inſontis ob Cilicis (197) *caput*,
Quod cupio ſalvum, capita nec Sontûm cadant!
Suum ſed omnes differat Clotho (198) *in diem.*
(199)
Hâc mactc (200) ſemper mentis, in miſeros bonæ,
Pietate, Juli! cujus excelsâ indole,
Et Paulus animam retinet, &, Paulo comes,
Captiva pubes omnis: ac miles ſilet. (201)
ITA, quem Tibi ſervâſſe te ſoli, putas;
Hunc tu, Quiritûm (202) (magna laus!) magno lucro,
Quin potiùs Omni liberaviſti, VIRUM,
Utriusq; Mundi (203) commodo: cujus, Petrô

Sociante ſcapulas, Paulus eſt ingens ATLAS.
(204)
Hâc igitur animos arte frangente aſperos,
Duce JULIO; mox, Regis & ſuperi manu;
Suum, tot inter navis everſæ cados,
Doliáq;, & arcas, merce Sidoniâ (205) graves,
Vas fluctuans, Vas, mille de vaſis ſibi
Lectum (206) ſeorſim, CHRISTUS, Iönio
fretô (207)
PAULUM, maritimam cæteroqui victimam,
(208)
Eduxit: atque, ut quiſque navifrago Seni
(209)
Comes hæſerat, nunc, littus indepti, (210) comes
Salutis eſt. VIR UNUS, eſt vita Omnium;
Monſtrátque, Quid ſit, Improbos jungi Bonis. (211)

---

*Barbari verò præſtabant non modicam humanitatem nobis. Accensâ enim pyrâ, reficiebant nos omnes, propter imbrem, qui imminebat, & frigus. Cùm congregâſſet autem Paulus ſarmentorum aliquantam multitudinem, & impoſuiſſet ſuper ignem; vipera à calore cùm proceſſiſſet, invaſit manum ejus. Ut verò viderunt barbari pendentem beſtiam de manu ejus, * exiſtimabant, eum in tumorem convertendum, & ſubitò caſurum, & mori. Et ille quidem excutiens beſtiam*

stiam in ignem, nihil mali passus est. &c.

Act. 28. à v. 1, ad 6.

UT Mélita patuit (Melita namque omnis mali
Oculata simul, & testis, & statio, fuit):
In littus, ingens, insulæ cultrix, manus
Effusa; non Crotonis, (212) aut Ithacæ (213) feræ,
Liburniæve, (214) (spolia captantûm è malis,)
Imitatur acta trucia. Nam nemo, asperâ
Seu voce, miseros, seu Cyclopæâ, (215) manu,
Oculôve, lædit. Siquis appulsos tamen
Latratus, hinc, & indè, certatim fremens,
Excepit; Orci hæc ira, non Melitês, fuit;
Quæ nec Molossos, nec feros Scythiæ (216) canes,
Sed, in pigrarum culcitras Sybaritidum,
Imbelle pumilos *otium* catulos, (217) alit:
Ipsa, inter hæc, generosa, bellipotens, virûm,
Ac virium referta victricûm, Insula.
Prisci incolæ, quos alia, quàm, Libycæ (218) plagæ
Jam propior axis, nulla barbaries (219) notat,
Largô fovebant naufragam victu famem:
Flammæque, membris algidis gratâ, strue,
Corpora vigori flacca reddebant suo.
In summam! Ut igne littus, ac torpens ager,

Sic tota tunc Amoris (220) ardebat rogô
Gens illa. bile ſolus, in Pauli caput,
Internecinâ furere geſtîſſet (221) Sathan!
Qui, ſoſpitem durare, nec fractum malis,
Cernebat hominem; quem furor tamen Inferus
Optâſſet, irâ turbinum, (222) terræ, maris,
Totâque cœli mole collapsâ, obrutum.
Ulturus igitur irritæ cladem ſpei, (223)
Et tunc furoris igne ſuccenſus novi,
Ac, ſæpe nexæ in vipera, (224) fraudis memor;
Colubri, ſub ignis frondeô paſtu abditi,
Pellem ſubîſſet. Functus eſt Sathanæ vice
Seps lethifer genuinus, ísque idem, latens
Strue ſub cavâ. Qui ſede prorumpens pyræ
Penitùs profundâ (quippe, jam impatiens rogi)
Pauli retectam, (225) ſtantis ad flammã (226) extimam,
Dextram irruit: linguámque fulmineam vibrans,
Et fulgurantes pupulas; (227) ſpiris (228) manum
Obit, ac ligat, nil territam: denti locum,
Plagæque, quærens; nec tamen nactus locum,
Prohibente vim majore vî. quem prôjn, diu
Gratìs in omnes mortis intentum vias,
Ac deſtinatîs ſæpe fruſtratum ictibus,

Videt

Videt hilaris (229) heros: (230) librat indemni morâ;
Salvâque bis ter denique rotatum manu,
Profugum igne, flammis reddit; ac buſtum facit.
Sic Paulus urbem (231) ſubiit; & coluber rogum:
Hic victus, ille victor & pelagi & Stygis; (232)
Et, (qui putari cumulus ad palmam poteſt,)
Vir, *viperina* primus, ac felix, ibi
Linguæ ſubactor. cujus, in *Melitæ* petris,
Hodiéque, ceu trophæa victoris, vigent
Monimenta; *lingua-bifidæ*, per cautes vaga,
Et multa: crebris ſepta denticulis labra;
Dentes minaces; nec tamen morſu rubri.
Cano viſa. (233) Plura, (234) *Melitæ* ſcit:
quæ ſi tacet;
Lapides loquantur, atque Linguæ ſaxeæ.

III.

AB ANGELO

Cuſtodiâ eductı Duodecim Apoſtoli.

Act. Apoſt. c. 5. à v. 17.

Exſurgens Princeps ſacerdotum, & omnes, qui cum illo erant (quæ eſt hæreſis Sadducæorum); repleti ſunt zelô: & injecerunt manus in Apoſtolos:

ſtolos: & poſuerunt eos in cuſtodiam publicam. Angelus autem Domini, per noctem aperiens januas carceris, & educens eos, dixit; Ite, & ſtantes, loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus. Qui cùm audiſſent, intraverunt diluculô in templum: & docebant. &c.

SED, ad ANGELOS redire nos, tempus monet.
Horum expeditus ille duodenûm eſt ope
Prócerum Senatus, (235) (firma Chriſtigenæ gregis
Columna) (236) clauſus ſaxei ſeptô ſpecûs.
(237)
Stellante (238) námque miſſus ex arce Aliger,
Irruit opacos arcis æratæ laçus: (239)
Frangénsque tenebras, clámque diſcludens ſeras;
Eduxit, atræ regna per noctis, viros,
Novum priuſquam Sol reportaret diem.
Hos, pro caverna turris, ac luſtrô horridô,
Nitidam tholô, Salomonis ædem, ac Porticum, (240)
Incolere poſthac juſſit: ac, pulsô procùl
Statu reorum, (241) juſſa perferre ætheris;
Et in aſtra Regis ferre MESSIÆ decus.
Factum eſt, quod ingens Numen, Angelicô viros
Urgente monitu, ſanxerat fieri, tubâ (242)

Doctri-

Doctrice, templum manè; tum xysti, exedræ,
Aurésq; plebis: indè, promotô sonô,
Urbs (243) est reperta *plena*; sed carcer *vacans*.
(244)

III.

Ab Angelo
PETRUS
Eductus è carcere Herodianô.

Actor. 12. à v. 1.

Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occídit autem Jacobum, fratrem Joannis, gladiô. Videns autem, quia placeret Judæis; apposuit, ut apprehenderet & PETRUM. (Erant autem dies Azymorum.) quem cùm apprehendisset, misit in carcerem: tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum; volens post Pascha producere eum populo.

CECINI, quod *omnes* (245) juvit. At, nunc quod canam,
Pertinet ad *unum*, curiæ sacræ Caput;
Quod post Tonantem jura dat fido gregi:
(246)
Ad PETRUM, Iõnæ (247) stirpe Galilæi satum,

Prope piſculentæ lata Bethſáidæ (248) vada;
(249)
Sed meliùs, Undæ fonte dejn genitum novæ,
(250)
Largôque Superi jubare luſtratum PATRIS:
(251)
Ovium Secundum, capite ſub JESU, ducem.
JAM bina Sol (& proſperâ (252) rerum orbitâ)
A réduce in aſtra (253) REGE, luſtra (254) exegerat:
Feſtô redibat Paſcha tunc Decimum pede;
Cùm Chriſtiana turbo tremefecit Sacra
Herodianus: (255) nomen, ah! toties gregi,
Regíque noſtro, triſte, funeſtum, nocens!
AGRIPPA (256) fuit hic; ille, Berenicês lupæ, (257)
Sororiæque noctis inceſtu (258) óbliti,
Genitor, Agrippæ: (259) quódque deterius,
nepos (260)
Infanticidæ. (261) Talis HERODES avô,
(262)
Talis lupino (263) genere, talis poſteris, (264)
Domeſticum, flagrabat, oeſtrum (265) extendere.
Hic ergò, rurſus purpuram (266) nactus ſuam,
Auctúsque Caji (267) torque, (268) nec Claudi (269) macrè
Paſtus favore; REX Palæſtinæ novus

Repen-

Repentè fit; quem Carcer (270) Ausonius
REUM, (271)
Diúque Servum, (272) viderat. Sed, QUEM
rotat
Sic cæca sors, hunc pariter immodicè levat;
Positúmque in alto subita vertigo rapit, (273)
Solymæa simulac ergò prytanéa (274) at-
tigit,
Templóque votam cultor hecatomben (275)
vafer (276)
Exsolvit: optans, patria (277) reparari Sacra,
Abrahamiæque plebis hinc plausum aucu-
pans,
In Nazareni nemoris (278) insontem gregem
Stringere machæram cœpit; ac sævâ manu,
Pro rege Ovilis (279) prompta vel mille ad
neces,
Demetere colla. Primus ad ferrum efferum
Abripitur, inter Tresviros, (280) Christo in-
timos,
Oris trisulcâ vulgus inflammans face, (281)
JACOBUS. Ense cæsus hic; capitis minor,
Calicísque (ceu depactus (282) erat olim)
rubri
Haustu virili Victor, ac cœlô ebrius:
Palmam, suorum primus, (283) è Superis tu-
lit;
Ex Urbe (284) plausum, rector urbis carni-
fex, (285)
Placebat igitur ipse, sub tacito sinu,

Sibi Rex : (286) ſuæq; thura Sævitiæ dabat,
Quòd ſe, ſuíque prima Regni exordia,
Etiam furens, probâſſet Hebræo foro. (287)
SED, gratiam geminaret ut geminô malô;
Furioſiore progredi ſtatuit pede.
Narrante, diſcit, invidô ſacri globô
Synedrii, (288) cœtûsque linigeri (289) a-
gmine,
Pluſquam profanô; PER fora, & trivia, &
lares,
Per & arva, vicos, ac ſuburbanæ ſimùl,
Simùl oppidanæ, rura Judææ, PETRUM
Volitare paſſim; Sacra condentem nova, (290)
Quæ Nazareno tota fumarent Jovi, (291)
Aäronicæq; pellerent flammæ (292) hoſtias.
Quid, quòd, repreſſa Moyſis, ad Nilum,
(293) pedô, (294)
Stygia (295) magorum redeat, in Petro, ma-
nus? (296)
Petri reverti voce pede--captis (297) gra-
dum;
Petrô volente, funerum retrahi viam;
Pandíq;, clauſas morte, fatorum (298) fores,
Hôc increpante, viva quæ fuerant, mori;
Tonitrûq; vocum, corpora (299) ſterni rea.
(300)
Petri ſuſurrîs, carcerum rumpi ſeras: (301)
Umbrâ Petri, (302) vitale reparari jubar; (303)
Petríque Tenebras, eſſe cæcorum (304)
Diem.

Hæc

Hæc invidorum (305) queſtuum rabies erat;
Petríq; tota Culpa, virtutes Petri.
Sceleri pröinde Rex locum quærit novo:
Optátq; tempus, ac theatralem aream,
Quâ tam celébris, regna per Syriæ, reus,
Abrahamidûm (306) tot vota populorum, ac minas,
Explere pœnâ poſſit. Occurrit citò
Locus, anſa, tempus, ſcena, conventus frequens,
Plausórq; denſus: menſium verni aëris (307)
Quarta illa primi, (308) quæ ſupra decimam (309) dies
Gregis immolatâ carne lanigeri (310) rubet. (311)
Hæc namq;, Paſchæ (312) læta Septiduô, (313) ſuis
Habet affluentes tribubus (314) immiſtos popas. (315)
Nec Solyma (316) ſola, vel frequens Juda (317) oppidîs,
Aut gens Idumês, (318) quíq; Galilææ colunt
Jugera juvencîs, (319) aut Ituræam (320) rutrîs, (321)
Coëunt: ſed omnis penitùs, in Moyſæ vetus
Jurata fœdus, (322) ad Sioneos (323) tholos,
Et Eoa (324) fluit, & Libyca, (325) Circumciſio: (326)
HIS omnibus (ſecum ipſe Rex atrox ait)

Volupe, videre, fuerit; auguſtô in forô,
(327)
Tantîs ſitîtum jam diu votis, glabri (328)
Præſente guſtu bibere ſupplicium Magi. (329)
Hæc ſecum Agrippa. (330) Deinde, non
unô ſagax
Lictore, prædam nactus, in tetrum jubet
Petrum lacunar (331) abripi, rupe horridum;
Foribúsq; clauſum ferreîs. genuinus hic
Siculi Agrigenti Carcer, arx Lethês, (332)
erat;
Herode ſævum nomen à Primo (333) gerens;
Ac, ni vetetur, (334) nomen, & Diras (335)
ſuas,
Etiam nepoti deferens Heródidæ. (336)
Bis octo, (337) torvi bellicîs juvenes minîs,
Noctem diémq; vigile variabant vice;
Ibátq; in orbem (338) quadripartitô ordine,
Cuſtodis, alternantis excubias, labor.
Hi, vel ſub ipſo Solis alti incendiô, (339)
Intẽtiore, nemora quàm Libycus draco (340)
Aurifera, Petri clauſtra (341) ſervabant fide:
Longúmq; Regi tempus, & nox, & dies,
Et hora, viſa eſt illa; quæ, tardô ſuî
Faſtidiendam páreret allapſu moram,
Tot expetitæ millibus, Scenæ (342) PETRI.
Nullum Tyranno Paſcha, nulla unquam fuit
Sabbatica tam ſocorde lux truſa Heſperô. (343)
Satur *azymorum*, (344) ſalſa quàm primùm
cupit

Redire

Redire farra: damnat inſulſas (345) dapes.
Vix ergò metam feſta lux (346) demum ſuam
Dederat, ſtatis ab lege Moſæâ, cibis: (347)
Mora nulla; vincto funebrē Petro diem (348)
Seſe, profatur latro rex, indicere.
Has ipſe, primâ quaq; delicias ſibi
Præſtare luce, gaudet: has animus coquit;
Has urbs, &, urbis tetra fax, (349) Antiſtites: (350)
Uníus omnes cædis ardentes ſiti.
MAGNO furori, magna ſtat prompta area;
Variâ refertum merce vendibili, *Forum:* (351)
Et adhuc JACOBI cæde, malè terſâ, (352) rubens.

Et Petrus quidem ſervabatur in carcere: Oratio autem fiebat ſinè intermiſſione ab eccleſia, ad Deum, pro eo. Actor. 12. verſu quintô.

PETRUS, inter hæc, ut agnus, incinctus lupîs,
In Agrippici (353) ſedebat hypogæi (354) ſpecu;
Suî parùm ſollicitus (HOC, hærens DEO, *Habet Animus*: (355) Etiam Vinctus, in Regno ſuî eſt:)
Sed dubius animi, Quem repertura exitum
Foret illa vox vaticina, Meſſiæ fide,
Galilæum ad æquor, (356) editæ Sortis (357) ſibi;

Coma

Coma Senilis bruma ſi tegeret Petrum, (358)
Sua quadricipiti (359) *membra tenſurum trabi*,
Figenda, quô neſciret, ac nollet, locô.
At tunc adhuc abeſſe quàm longè, ſuô
A capite, vetuli crinis annoſas nives;
Herodianâ cadere ſi jam tum manu,
Nova fata ferrent? Anne, Bis potiùs cadam?
Et, fateor, æquum eſt, (Petrus ajebat ſibi,)
Ut, amore Vitæ qui, metúq; ancillulæ, (360)
TER pejeravi, id Morte, plus UNA, luam.
PETRUS iſta tacitô verba volvebat ſinu:
At, ſorte pro paſtoris, (361) haud pigrior gregis
Vigilabat ardor. Indè conſilia, ac viæ,
Chari tuendi capitis; aut notæ palàm,
Aut tacitæ, & extra vulgus. Hinc ſuſpiria,
Gemitúsq; ; & intrà tecta, non—ſacra, & Sacra,
Utriuſq; ſexûs Numini—ſupplex genu.
Hinc cœtus &, per clauſa parjetibus, frequens,
Adyta (362) terentûm, víxq; referentûm, pedes:
Hinc plebis ingens flumen, in juges die,
Jugésq; ſolidâ nocte, denſandas preces:
Ut, cuj cruentæ gentis inhiaret furor,
Hunc parma *Fidei* tegeret, ac Cœlì favor.
Non parva poſcebantur: Incolumis PETRUS;
Petrôq; ſalvô, ſoſpes & petræ (363) ſtatus,

In

In cujus humeris illa tunc, Syriæ in plagis,
Sedebat omnis viva (364) CHRISTI Regia:
(365)
Sessura, dum Sol luce percurret diem. (366)
Hoc ergò studium plebis, hic Prócerum
(367) calor,
Fidentiore rutila pulsabat manu
Vestibula Superûm. Nam, QUID incassum
roget
Mendica PIETAS; rore lacrymosô genas,
Et mœsta corda, perluens? Majus loquor:
Magnete vivô, detrahit cœlô DEUM;
Aut, hôc jubente, celere Legatos (368) pede,
Per quos secundô vota successu fluant.

EXSPECTATIO
Plebis Judæorum, & Prócerum.
v. XI.

EN, evoluta temporis festi hebdomas,
(369)
Pelagi memoriam, lege præceptam, Rubri
(370)
Finierat: inq; victimam suetis trahi,
Reddita tenellis sicca pax agnis erat: (371)
Non *pax* tamen (ne subdoli *Mundi* quidem)
(372)
Data tunc Ovilis, rege sub CHRISTO, Duci
est. (373)

Nox

Nox una ſupèr; & ille jam inſtabat dies,
Fore quem ſupremum, fama narrabat, PE-
TRO;
Sed fama, ſibimet, (374) ac ſuæ, mendax, ſpei.
REX, pridiani Solis ad tremulam fugam,
Dubiôque, lumen inter, ac noctem, Heſperô,
(375)
Præcoce minatus buccinâ, (Tantus necis
Ardor Petrínæ perfidis Solymis (376) erat!)
CEPHÆ, (377) per urbem, per ſuburbanas
vias,
In Craſtini promulgat Exſequias diem.
TUBA, grata populis, grata Judææ impiæ
Ducibus (378) iniquis; cædis ad diræ locum
Ciet, attrahítque, plurimos. Solymas petit,
(379)
Solymas priùs qui & oderat. civi advena,
Et Syrus Hebræo, miſtus; & puero ſenex.
Præripitur, ut quæque eſſe cujuſque indoli
Habilior, ad feralis intuitum Sacri, (380)
Sedes futura creditur. potior locô eſt,
Ut quisque pedibus melior. Exundat Forum
Omnî gregatim gentis Iſacidûm (381) lue:
Veréque jam, nec mercium, (382) nec farris, eſt,
Sed concionum, malè quietarum, atrium.
Planô ſtat hic, quem ſtare delectat, ſolô:
Alibi, ſedet, cuj ſedis offertur locus;
Is, cuj negatur, arboris, Circo (383) adſitæ,
De fronde pendet, fontis aut patuli jugô,
(384)

Aut

Aut è feneſtræ prominentî margine.
Machabæidos (385) pars Arcis è celsa Pharô;
(386)
Ananianis (387) alia de Palatiis,
Deſpicit; amatæ cædis in ſcenam vigil:
Solidúmque, lucis à fuga, (388) Phœbi novi
(389)
Ad uſque reditum, *Tempus ità perdi, juvat.*
Hîc, alius alii, dum dies plena adfluat,
Suæ recenſet noctis errores, cavô,
Per ſomniorum ſpectra, ludibriô (390) vagos:
Et ominosô varia Petrææ necis
Portenta pingit, ante rem, præſagiô;
Dum fata volvit cæca divinans furor.
Hic, enſe; plagis iſte plumbatis (391) Virum,
Saxísve plexum, vel rotâ fractum, cupit;
Phalaridis, alius, igneô toſtum bove,
Oleíve bullientis, aut naphthæ, (392) lacu;
Cruciante liquido corpus immerſum focô.
Placet aliud (393) *alii.* Summa placitorum,
vaga eſt:
Mors Una Cepham (394) quærit; at mortis
viæ,
Pro mille ſenſis, mille. Sed vivit Simon, (395)
Vivétque, vota Regis, (396) in ventos eunt.

Cùm autem producturus eum eſſet Herodes; in ipſa nocte, erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenîs duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce, Angelus Domi-

Domini adſtitit; & lumen refulſit in habitaculo: percuſſôque látere Petri, excitavit eum, dicens; Surge velociter! & ceciderunt catenæ de manibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi: Circumda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens, ſequebatur eum: & neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum: exiſtimabat autem, ſe viſum videre. Tranſeuntes autem primam & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam Ferream: quæ ultrò aperta eſt eis.

Actor. 12. à v. 6. uſque ad vers. 10.

EN namque, media rector Arcadicæ feræ (397)
Spatia, Boótes, (398) dum pigris (399) gyrat rotis;
Paribúsque properans Luna, cum rapidô Heſpero, (400)
Stadiîs, reſiduæ noctis exſtimulat moras:
Sacer excubabat omnis aſtrorum chorus;
Vigilabat ingens pubis aligeræ domus,
Tonantis in ſervitia. ſcopulosâ (401) PETRUS
Vallatus intus turre, veſtibulô foris
Cuneîs referto militum, mox & tubîs
Ferale ſignum (402) dantibus: cœlo (403) tamen
Curîs relictis, ipſe, ſecurus ſuî,

Ad

Ad protoplaſti patris (404) exemplum, ac
ſitum,
(Cùm hunc dormientem prima ſepeliſſet
quies,)
Somnum aſpero capiebat adſtratus ſolô:
Et hoc, in antro, ſpecubus Erebæis(405)parî;
Et hoc, catenis hâc, & hâc, nexâ manu;
Et hoc, gemellô (406) latera vallatus lupo,
Cuſtode, dico, carceris ſatellite.
Horum alter, arctè dextero (407) junctus
PETRI,
Lævo alter armo; vî ferâ, vincto unico
Duo colligati, clauſerant omnem exitum,
Captivus Unus, capita fiebant Tria.
Strepebat, Arcis regiæ toto atrio, (408)
Ferox, & ante turris æratas fores,
Clypeis, & haſtis, miles, (409) ac ſonitu pedũ:
Cùm ſubitò, (agente mira (410) vi, ſuetâ Deo),
Oppreſſit omne Vigilis armiferi caput
Sopor altus, ingens, ſtupida nebuloſo rotans
Tempora vapore; non Meduſæo (411) ligans
Lumina rigore, ſaxa cùm capiti hoſtium,
Somnúmque Perſeûs Gorgonæum, (412) im-
mitteret.
Nil hîc agebant Fabulæ. res, res, erat:
Verè jacebat ſtrata cuſtodum manus:
Jacebat Oculus omnis, in ſpeculam diu,
Ac fata, Cephæ, (413) regis impensâ (414)
vigil;
Sed tunc ſuopte dulcè ſopitus malô.

Sta-

Status iſte, qualem memoro, Stationum
(415) fuit:
Situs hic, ſoporis onere victi, Apoſtoli; (416)
Quando, ſub hæc, ſtellante demiſſus domô,
(417)
Aliger Olympi (418) (fama Michaëlem (419)
putat)
Caliginoſo factus eſt Sidus loco.
Nam Carceris, quem ſomnus implebat (420)
PETRI,
Fuliginoſa ſepta, mirificæ facis
Opplevit igne, jubaris aſtrorum æmulo;
Aut, ſiquid Aſtrîs eſſe lucidius poteſt.
Mox dormientis, & manu latus, & ſonô
Aures, laceſſens; *Surge*, *Surge*, (inſit) *celer*,
Captive Cepha! (421) Talis ad tonitru impe-
tûs,
Sopore Cephas pariter, ac ferri gravis
Utrimq; (422) mole, ſolvitur. fugiunt manus
Vincula Petræas; quæ tamen, nexos adhuc,
(423)
Vigilum lacertos copulâ fidâ tenent.
Zonam cape, (addit Genius) *ut laxum toga*,
Fluidúmq;, nodi colligas nexu ſinum.
Ad imperantis juſſa, non ſtertit Simon;
(424)
Fluidam ſed arctô colligens nodô togam,
Similis ſtupenti, vigilat ad nutum Angelo;
Sibi dormit, atq; ſomniat: geſtæ rei,
Perinde, ceu non geſta ſit, ſenſu carens.

Hujc

Hujc Aliger; *Cape* (inquit) *& amictum pedum;*
Nudásq; longa præparans suras via,
Tege subligarî. (425) Subligat Petrus; tegit;
Et calceatur. Urget, *Abrumpi moras,*
Michaël. moras abrumpit; urgentis facit
Imperia, Cephas. Addit Alipotens; *Agè!*
Agè! nunc & humeris vestis injicitor sua!
Sta palliatus. stat; facit, quod jussus est;
Nescítq; Cephas, facere se. SUPEREST (ait
Monitor fidelis), *Turris ut me limina*
Linquentem, & ipse calce sectaris parî,
Et nempe, celerî; qui viam, quà fas, voret.
(426)
Hîc namq; pedibus nullus est tardis locus:
Alata (427) *morti sola te eripiet fuga.*
Propera! Monentem sequitur; ac celerat (428)
gradum:
Sed, abire se, turrísq; desertô spécu,
Olympicô (429) vitare perniciem duce,
Nec scit, nec adeò credit; umbrosîs, Simon,
(430)
Circumvolari somniîs mentem, ratus.
Sic, media pérq; tela, pérq; enses, viam
Pariter prementes; laneô (431) penetrant
gradu,
Et hunc, & illum, pubis armatæ globum;
Quaterniones bis duos, non hos canis
Allátrat ullus, aut Petri mentem quatit
Galli screatus (sceleris antiqui, (432) memor,

Et

Et creber, exprobrator.) Hinc, flexâ viæ
(433)
Regione (paſſu nec tamen, vel tantulùm,
Vocaliore) vaſta regalis domûs
Spatia (434) capeſſunt; quando Phaſaëli,
(435) pede
Radunt propinquô, regiam-Turrim. Via
Ex Arce fert hæc, urbis Auſtrínum (436) ad
latus.
Hinc ergò tandem (quippe, diſtantî ſitu,)
Se *Porta*, ſolidô celebris à *ferro*, (437) procùl
Oſtendit: at non obſtat accedentibus.
Nam, clauſa licèt, ac cæteroqui contumax
Herodiani Vigilis ad ſolitam (438) manum;
Genii tamen, Cephæq;, vix modicô pedum
Perſtrictą ſonitu, ſponte ſe pandit ſuâ:
E chalybe, (439) fiunt cera, morigeræ feræ;
Profugóq; aperiunt mollis effugii ſinum.

Et exeuntes, proceſſerunt vicum unum: & continuò diſceſſit Angelus ab eo. Et Petrus, ad ſe reverſus, dixit; Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum; & eripuit me de manu Herodis; & de omni exſpectatione plebis Judæorum. Actor. 12. v. 10. & 11.

TAM conſtitutus igitur in tuto PETRUS,
Greſſu per Urbem liberô ſequitur ducem:
Ambo ſilentes; ambo, sê dignô, gradu:
Attemperante paſſuum normam Angelô,

No-

Noctúrna qualem poscit, ad Lunam, via.
Sed ne duos nox, calle tendentes parî,
Sempérque cödem, (440) Solis ad primi jubar
Proveheret, ac monstraret, (441) in Petri malum;
Post unici (dictante sic Superûm Patre)
Vix angiporti, (442) leviter inflexi, sinum
Prætermeatum; desiit cerni Aliger:
Petrúmq; vel silente digressu, satìs,
Quis esset, aut, quid contulisset, submonens;
Superum repetiit limen. At Petrus, diu
Suæmet exul mentis, ac veri avius;
Ad se redire, veteris & sensûs (443) jubar,
Tunc primùm, ab alto, cœpit. Hinc, animi pigrô
Pulso stupore, laquear ad cœli aureum,
Utramq; tendit gratus, ac supplex, manum;
Lacrymîsq; rorans: NUNC, (ait) Nunc, non cava
Per somniorum spectra, vel ludibria,
Sed Sole claris ampliùs rerum notis,
Digitis, & oculis, prendo; nobiscum nihil
Per visa gestum vana. Nam, Vera, ô Petre,
Vera experiris, ac vides. Dubitas adhuc?
Non est soporis, ista Libertas tua,
Sed Angeli, Tonantis è jussis, Opus;
Te turre, vinclis, ense, fatali forô,
Ac, cædis avidi, Regis exemptum unguibus,
Abire salvum. Fallus hinc ergò Spei,

Herodis ardor, tempus in præſens tibi
Inducias indulſit, in pugnas novas:
Haud abſtulit, quam CHRISTUS indixit, (tui
Laboris omnis ultimas metas,) (444) CRUCEM; (445)
Judæa tibi quam nulla defiget, reor:
Sed alia fòrs, nec generis Hebræi, (446) manus.

Hæc ipſe ſecum, mentis in raptu, Petrus.
AT, quò dëin? (addebat, ancipiti morâ,)
Quò pergo, profugus; longa (447) ne Regis manus
Me retrahat, ipsâ de fuga geminans necem?
In Solis utique tuta longinqui, procùl
Solymis, migrandum, cauta mens ſuadet, loca:
Aut exulandum, deviô Syriæ (448) angulô.
QUI procùl Agrippâ, (449) procùl erit periculis.

Conſideránsque, venit ad domum Mariæ, matris Joannis; qui cognominatus eſt Marcus: ubi erant multi congregati, & orantes. Pulſante autem eô oſtium janua, proceſſit puella ad audiendum, nomine Rhode. Et ut cognovit vocem Petri; præ gaudio, non aperuit januam: ſed, introrò currens, nuntiavit, Stare Petrum ante januam. At illi dixerunt ad eam; Inſanis! Illa autem affirmabat, ſic ſe habere. Illi autem dicebant; Angelus ejus eſt. Petrus autem perſeverabat,

rabat, pulsans. Cùm autem aperuissent, viderunt eum; & obstupuerunt. Annuens autem eis manu, ut tacerent; narravit, Quomodo Dominus eduxisset eum de carcere: dixitque; Nuntiate Jacobo, & fratribus, hæc. Et egressus, abiit in alium locum. Actor. cap. 12. à versu 12. usque ad v. 18.

HÆc mente volvens pariter, ac pariter gradum
Petrus incitans; ab Urbis occiduâ plagâ,
Eoa (450) Solymæ tendit ad pomœria:
Effæïæque (451) limitem Portæ legit.
Portæ propinqua limiti Sedes (452) erat
MARIÆA, cœlo culmen attollens Sacrum; (453)
Sed, quod profanô Sacra vestibulo (454) abderet.
Ibi, prole Marcô celebris, & fidâ Rhodês,
MARIA, pedisequæ fulciens operâ domum:
Ibi supplicabat densa, sacratæ DEO,
Corona turbæ; Conjuges, Viduæ, thori
Intactus ordo, flore Virgineô (455) nitens,
Gregísque Petri melior è Solymis nota. (456)
Vox una cunctis; Summe REX! *Serva Petrum!*
Rabidíque Agrippæ manibus extorque Petrum!
PETRUS adorat, (457) ecce! jámq; vestibuli premens

Limen, manúque clauſtra ſuccutiens; domûs (458)
Feriebat aures. Virgo feſtinat *Rhode*,
Quærítque; QUIS? tam ferò quid? nomen? genus? (459)
Galilæus (inquit) *Petrus. his ſiquid rogas*
Ulterius! aperi! jam ſcies. (460) Vocis tenor,
Petro uſitatus, prodidit Petrum Rhodæ:
Pectúsque ſimplex Virginis miro obruens
Cœleſtis æſtu facis, & affectûs ſacri;
Oblivionem clavis, (461) & curæ, feras
Poſte amovendi, peperit. Adſtrictis adhuc
Serîs, & eôdem poſtis immoti ſitu,
Foris morari, quem cupit recipi, ſinit:
Currénsque læta, convenis mœſti laris,
Heræque, ſenſim talé meditanti nihil,
ADESSE PETRUM, narrat: &; Petri manus,
Pedésque, nexu liberos. NUGAS! hera;
Et FABULAM! plebs reliqua, ſucclamant. fidem
Pröinde factam cœtui quam vult Rhode,
Haud ínvenit. NON Petrus, at, Petri (inquiunt)
Curam, ac figuram, ſuſtinens, Genius tibi,
Quò nos ad alacres gravius inſtiget preces,
Se dat videndum. Nec priùs finem ſuî
Verboſa reperit pugna, rixantûm in Petro;
Petri inquietâ donec agitatum manu,
Caleísque pulſu, ſegne vix tandem oſtium
(Victrice pariter litis, ac forium, Rhodâ,)

Admi-

Admisit Hominem : (462) turba quem simplex modò,
Aut *Fabulam*, tentârat, aut, facere, *Angelum.*
Hic, ubi domûs evicit excelsæ gradus; (463)
Laris, ecce, mediô, verus, incolumis, vigens,
PETRUS adstat, ac miscetur attonito gregi :
O, Petre ! ô pastor noster ! ô dux ! ô Pater !
(Grex clamat omnis.) Ille lætitiæ impetum
Compescit; arctè ad labia translatâ manu :
Partim &, suômet lenè suppressô sonô.
Dejn breviter, oculîs plura, quàm verbis, loquens;
Docet Acta. quæ mox nôsse Collegas quoque,
Et inter hos, in fronte, JACOBUM, jubet,
Zebedæidæ (464) (pro lege Messiæ (465) recèns
Ense immolati regiô) cognominem,
Primúmque (466) mitræ tunc Sionææ (467) caput.
Mox, antè migrans urbe, quàm Phœbe (468) polô,
Stellæque, totô cederent; Libano (469) petit
Vicina rura, spatia littoreæ Tyri
Ostrifera, Sidonísque piscosæ (470) sinus :
Maris in profundi spes novas, nunquam irritas, (471)
Oris diserti rete jacturus sacrum. (472)
Sic ergò (qui mirificus est Cœli favor)
Diffiata rabies Urbis est, ac spes, neci
Inhians Petrææ: laqueus excussus: plagæ, (473)

Pede jam ſolutô, prorutæ. Boreæ (474) loca,
Quò Regis ire turbo vix poſſet, capit
Bene liberati (475) paſſeris, Cephæ, (476)
fuga.

Factâ autem die, erat non parva turbatio inter milites; Quídnam factum eſſet de Petro? Herodes autem, cùm requiſiſſet eum, & non invenisſet: inquiſitione factâ de cuſtodibus: juſſit eos duci: deſcendénsque à Judæa in Cæſaréam, ibi commoratus eſt. Statutô autem die concionabatur, veſtitus veſte regiâ. Populus autem acclamabat; Dei voces! & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini; eò, quòd non dediſſet honorem Deo. Et conſumptus à vermibus, exſpiravit.* Actor. 12. v. 18. 19. 21. 22. & 23.

AT, inter hæc, Davidis (477) in vetere atrio,
Novâque (478) Agrippæ Regiâ, feſtis lyris, (479)
Funeſta multis, jurè ſuccedit Tuba. (480)
Atrox obortus mœror, Agrippam, duces,
Agmina, Senatum, flamines, plebem, forum,
Turbâ, tumultu, regis inſani minîs,
Omnîque mentis efferæ vertigine,
Permiſcet, agitans: *Ditis* (481) ut *Regnum* putes,
Ubi nullus habitat ordo, (482) fas nullum viget.

Nox

Nox quippe pulſa, lucis exortæ novum,
Mundi retectâ fronte, reddiderat jubar.
ADERAT dies, aurora, ſol, clangens tuba,
Agrippa, prætor, tempus, armigeri, locus,
Pœnæ theatrum, plebs, (furorum incendi-
um): (483)
Aderat, ab alto pronus in ſcenam, Sion; (484)
Et, ſiquid ultrà quæreret quiſquam efferum,
Solymæus omnis Oculus, impatiens moræ:
Aderat & Arx, (485) & carcer, & portæ, ac ſe-
ræ,
(Immota cuncta;) cúmque clauſtrorum fide,
Aderat catena (486) gemina: nec geminus
vigil (487)
Interiùs, aut bis-octo cuſtodum globus (488)
Foris, aberat, obvallare juratus Reum.
SOLUS, theatri facilè tunc Sol, ac fori
Pretium futurus opticum, (489) PETRUS
foro,
Petrus theatro, (pròh, malum!) (490) populi
Petrus
Voto, *aberat*. Is, jam liber, urbe eruperat.
Quæſitus ergò, cuncta per regni abdita,
Nullâq; demum extractus Hebræâ è ſcrobe;
Profugô cruentum calce dum vertit ſolum,
Simùl inſequentûm ſtudia disjecit canum:
Novíque (491) mox & fulmen irriſit Jovis.
Perit ergò funus; lúxque, Libitínæ (492)
ſacra:
Plebs diffluit: tyrannus eluſus, rubet;

Fremitúque ſerô, nec ſat expensô, furens,
Vigiles (in hoc jam vix reos: nam QUIS vigil
Somnum-coactum morte juridicâ luit?)
Cervice multat; ac Petro, capiti gregum,
Subſtituit, hujus plectat ut latebram, capros,
In militari cæde, ſuccidaneos:
Sed ipſe, gladiô diriori poſtmodum
Sternendus; ac tumoris (493) atroces ſui,
Unius ictûs ſtrage, vindicibus *tribus*,
Pœnas daturus: Volvulo, (494) vermi, (495)
Angelo. (496)

Operis univerſi

CONCLUSIO.

Hucusque Superûm clara Geniorum dedi,
Celebrata jambîs, Acta: quæ, Cœli ſtylô (497)
Tabulísq; ducta, charta, tot ſæclîs, anus (498)
Tenet uſquè. *Cœlo* detrahet quiſquam fidem;
Niſi, cuj fidem nec *terra* habet? Reliquum foret,
His adjici, quæ PATMOS (499) oſtendit SENI, (500)
ANGELICA viſa, dicta, portenta, EXULI; (501)
Foliísque, mundi Fata, vaticinis data,
Protrahere; *Joannæa* quæ panxit manus.
Geniis refertus quippe cœlicolîs Liber,
ANGELICA cur & ipſe non, Geſta augeat?

Stri-

Stridonis (502) at Doctore ter magnô, ſoli
Dalmatici (503) alumnô, teſte, (Quis teſti fi-
dem
Hujc derogârit; cujuș & Nomen ſacrum (504)
eſt?)
Scena illa, non *præterita* cœligenûm (505)
ducum,
Sed FATA ſerum promit in Mundi diem:
Nec *Geſta*, ſed *gerunda poſt ævum*, canit.
At nos labori limen hujc præſcripſimus,
ANTIQUITATES Gentis Angelicæ; notam
Simul, atque metam, porticûs, (506) quam
Sex tibi
Dedimus libellîs ſcenicis. Hos qui leges,
Contentus ut ſis; crede, neglectum nihil.
ANTIQUA titulus pepigit; ANTIQUA &
dedit.
Sin' *Apocalypſin* Dobiti pergis viâ
Exigere, méq;, & Angelos, in jus trahens:
E Juris ipſo fonte dic, oro, mihi,
(Ænigma, dignum Sphinge, (507) nec diſcors
foro):
QUOD adhuc *in herba* eſt, aliquis *Annoſum*
vocat?
Quod adhuc in *ovo*; dicit *Antiquas* Aves?
Sic, quod *Futurum* eſt, nemo *Præteritum* facit.

In Librum III.

Antiquitatum Angelicarum Novi Testamenti Testimonia, & Obſervatiunculæ.

I. (1) **Vexilla**, *militiæ terreſtris erant ſigna caſtrenſia.* (2) **Apluſtria** *verò vexilla, navibus imponi ſolita.* **Junius**, *c. de nauticis armamentis.* **Cornelius** *porrò centurio, ejúsque milites, erant in terra; eâque, continente.* **Julius** *verò, cum ſuis, in mari tunc, cùm iſta circa Paulum gererentur.* (3) *Superiùs, ad libr.* 2. *adnotavi;* **Centuriones** *dictos primitus fuiſſe à centum viris, quos ſub ſe haberent; etſi non ſemper poſterîs temporibus tot milites eſſent: quorum caput nihiloſecius tamen* **Centurio** *nominari, non deſinebat. Igitur & Centurio Julius hic,* **centumvirale caput.** (4) **Dux**, *etiam generale vocabulum, ſignificat omnem eum, qui quocunque titulo quibuscunque præeſt; adeò, ut apud* **S. Jerem.** *c.* 3. *v.* 4. **dux virginitatis** *à fœmina nuptâ dicatur, ſive pater; ſive maritus, qui adhuc juvenculam, & virginem, duxit.* **Menoch.** *vide, in illum locum. Atqui verò, unaquâque in cohorte (cujuſmodi & hæc* **cohors Auguſta**, *& illa altera* **Italica**, *libr.* 2. *fuerunt) decem erant ductores, hoc eſt, centuriones. vide l. de ort. & inter. Reip. vet. Rom.* (5) *Hebræorum, qui contrà Paulum unô o-*

mnes animo insurrexerant, atque concurrerant. Actor. c. 21. à v. 27. & c. 22. & 23. & 24. & c. 25. (6) *Conjurârant enim in Pauli necem, propositô firmissimô, immò & votô, conceptis verbis editô,* **non manducaturos se, neque bibituros, donec occidissent eum,** *amplius 40. viri; auctoritate & approbatione etiam pontificalî, ac Senatûs Sanedrim. Act. 23. à v. 12. & cap. 25. v. 3.* (7) *Et hi omnes erant Jerosolymitæ: cum quibus & cætera conspirabat civitas, adhuc Mosaica: Asiaticîs quoque Judæis, qui tunc Jerosolymîs erant,* **omnem populum concitantibus,** *adversùs eum, Act. 21. v. 27. ut conclamarent,* **Tolle eum!** *v. 36. & c. 22. v. 22.* **Tolle de terra hujusmodi!** **&c.** (8) *In monte enim Sione, palatium erat Ananiæ, temporum illorum Sumi Pontificis, hominis hæretici Sadducæi; ac cæterorum è Synedrio domicilia, hostium Pauli.* (9) *Hic enim tunc imperabat: cujus annô 2. S. Paulus Cæsareâ Romam missus, anni verò 3. vernô tempore Romam ingressus est. Baron. in annum Christi 58. f. & 59. princip.* (10) *Orientalium regionum, & maximè* **Panchaiæ:** *quæ eadem & Arabia Sabæa, tota dehiscens & arenosa; sed* **arenis** *(ut Maro canit Georgic. 2.)* **thuriferis:** *ubi arbores, sponte natæ, thus emittunt, de quo & suprà ad V. T. in Juditha; & hîc l. 1. in Zachar:* **Panchæi,** *populi ad sinum Arabicum, uti vetus habet lectio Melæ l. 3. de situ Orbis. Porrò, Romani, è Syria renavigantes in Italiam; ne sinè lucri sui compendiô omnî redirent, naves, haud dubiè, mercimo-*

niis etiam peregrinis, onerabant; quæ in Italia deinde quæstuosè distraherent: ut hodie fit ab Hispanis, Lusitanis, Batavis, (etiam subinde non ex professo mercaturam facientibus) quando remeant ex India, & America: &, ut faciebat olim prætor Verres, è Sicilia Romam rediens: Cicerone passim in Verrinis teste. (11) *Frumentô. Actor. 27. v. 38.* (12) **Prima** *Julii centurionis navis, erat* **Adrumetina.** *Actor. 27. v. 2. hoc est, Adrumétô veniens in mare Phœnicium; & Adrumèti mercibus onerata, maximè terrarum Africanarum, & Libyæ, propriîs; quæ regiones valde sunt frumentiferæ, triticique fertiles. unde Horatii illud, Od. 1. l. 1.* **Illum, si proprio condidit horreo, Quidquid de Libycis verritur areis.** *Est autem* **Adrumétum,** *urbs & colonia, Africæ maritimæ, suprà* **Leptim,** *in Occasum æstivum; inter* **Ruspínam, & Horrea Cœlia.** *hodie, etiam* **la Machometta,** *dicitur.* (13) *Militum, qui, sub ejus centurionatu stipendia facientes, unà vectabantur, non contemnendum fuisse numerum; suadet copia victorum, & è textu ipso capitum 27. & 28. satìs elucet, sapienter ratiocinanti.* (14) ἐλεύθερος, *in libertate.* (15) *Merces, quas in Syria sibi paraverat, & Palæstina; quæ ad Syriã est.* (16) *Act. 9. v. 15.* **Ut portet nomen meum** (*ait de illo Christus*) **coram gentibus, & regibus, & filiis Israël.** *Hoc erat officium, & professio, Pauli.* (17) *Illud ipsum mare, quod, meridiem versùs, aliquousque vocatur Ægyptiacum; deinde,*

propiùs

propiùs Septentrionem, dicitur Palæstinum: & indè Phœnicium, Cyprium, Syriacum: variè, pro varietate littorum, aut terrarum, quas alluit. (18) A Cæsaréa Palæstinæ: quæ Stratonis olim Turris. suprà, ad l. 2. in Cornelio. (19) Navigationem, iter maritimum. (20) Prætervecti erant, Ptolemaidem, seu Accónem; Tyrum item, Sareptam, & Sidonem, ad dextram sitas: ad nullam tamen urbium earum, præterquam ad ultimam, diverterunt. (21) Interquievit. translatè, à curribus, ad navigium. cùm enim currus, quiescendi aliquantisper, aut fractum quidpiam reparandi, caussâ, sistere cupiunt aurigæ: faciunt id, rotis, interjectâ sude, junctis: ne altera sinè altera moveri queat. (22) Domos, ad hospitiô-recipiẽdos vectores, apertas. (23) Sidoniũ ad littus (ut & ad Tyrium,) ingens ab antiquo semper fuit ostreorum piscatus, & captura. & indè in utraque urbium illarum purpuræ celeberrima tinctura. De Sidone Seneca Herc. Furent. Act. 2. sc. 3. Fulsítque pictum veste Sidoniâ latus. de purpurea loquens chlamyde. celebrior tamen erat tinctio purpurearum telarum, Tyri. Vide, & Adrichom. in Aser. n. 77. §. Ipsa verò (24) Christiana. id innuit etiam idem Adrichom. ibid. n. 77. §. Atq; Sidonios. videlicet, quos S. Lucas Actor. 27. v. 3. Amicos Pauli appellat, fuisse Christianos. Sidonidarum porrò vox, patronymikῶς, sicut Æacidarum, Romulidarum, Nasamonidarum, Salomonidarum, Platonidarum, genit. plural. mascul. à Sidone, Chanaani fil: gen-

tis conditore, & Sidoniorum auctore. (25) *Quantumvis autumnali jam tempore. quod tamen partem Septembris, & Octobrem, Novembrisque principia, crebrâ serenitate interpungit, etiam in Europa.* (26) *Ventis, ab ortu hiberno spirantibus.* (27) *Signo cœlesti, quod* statéram *vocamus, &* libram, **Septembri** *fastorum Julianorum respondentem; successerat Signum scorpionis in Octobri; & scorpioni sagittarius; qui Novembri introitur à* Sole. *Quibus septem versibus lucem adfundit memoria notissimi illius distichi, de XII. Signis cœlestibus: incipiendo à Signo Martii mensis.*

Sunt, aries, taurus, gemini, cancer, Leo, Virgo.
Libráque, scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces.

(28) *In Circulo cœlesti illo (inquit Sinapius) in quo sunt duodecim* Signa; *quæ finguntur formam habere* animalium, *seu ζώων. quorum unum aliquod, per singulos anni menses, Sol ingreditur: Virgil. 1. Georg.* - certis dimensum partibus orbem, Per duodena regit mundi Sol aureus astra, &c. *Et mox infrà.* — via secta per ambas, Obliquus quà se signorum verteret ordo. *Signifer-orbis, Ciceroni.* (29) *Quod Terentius in Andr. dicit* —sed hic Pamphilus firmavit fidem. *i. e. sanctè promisit.* (30) *Cypri urbs, ad latus australe; quam alioqui multùm prætervehuntur navigantes. De hac urbe dixi ad V.T. in Juditha. &c.* (31) *Illa Pauli navigatio, declinatô totô Cypri latere, ac littore, meridianô;*

dianô ; secundùm Salamínem , rectà flexit ad latus Insulæ dextrum, seu Boreale : hôc ipsô, quòd, præter sinum Issicum, & mare Cilicium, à dextra , seu inferiore parte, relictum, petivit viciniam Pamphylii, & Lycii maris : ut claret ex Actor. 27. v 4 & 5. benéque expressérunt tabulæ Visscheri, & Ortelii, Paulinæ. Ideò & S. Lucas aptè dicit v. 4. **Subnavigavimus Cyprum.** *Græcè,* τὸ πέλαγος , τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν & Παμφύλιον διαπλεύσαντες. *Causa verò vitatæ navigationis ad latus* **Cypri** *australe , adfertur à S. Luca. v. 4.* **propterea, quòd essent venti contrarii :** *qui navim abigebant à latere* **Cypri** *meridionali.* (32) **Issicus** *Cilicii maris* **Sinus,** *seu procursus, dicitur ab* **Isso,** *Ciliciæ urbe; haud admodum procul indè sitâ: ad quam Alexander M. prælio Darium profligavit ; ut est apud Q. Curt. l. 3. fin.* **Cornu** *autem, est , promontoriô interponente se, facta maris quasi gemina cuspis,* **Syriam** *Comagénam versùs.* (33) **Pamphylia** (*non , utì peperam aliqui,* **Pamphilia,** *ut secundā possent breviare) regio minoris est Asiæ ; infrà Pisidiam , propior mari : habens ab Ortu Ciliciam ; ab Occasu verò* **Lyciam.** (34) **proximè, post mare Cilicium :** *ut modò dixi.* (35) **Vulgata** *lectio, seu Versio, Actor. 27. v. 5. habet :* **Venimus Lystram ; quæ est Lyciæ.** *Græcus autem.* κατήχθημεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας , **delati sumus Myram , quæ est Lyciæ :** *sedem postea pontificiam S. Nicolai.* (36) **Caria,** *cujus incolæ* **Cares;** *regio est suprà Insulam*

Rho-

Rhodon, versùs Septentrionem. (37) **Doris**, *cujus indigenæ* **Dores**, *peninsula est, ultra Rhodum, in Occasum. Ejus ad caput, urbs est Halicarnassus, propiùs Cariam.* (38) **Cyclades**, *Ægæi maris Insulæ 53. omnes in κύκλον. i. e.* **orbem**, *insulæ Delo circumfusæ. & ipsæ quoque à potiori, navigantis S. Paulo, ad latus dextrum,* **sed eminus admodùm**, *sitæ.* (39) *Prætervecti sunt strictè Rhodum insulam; ad sinistram, & Austrum, relictam.* (40) *Insulâ exiguâ, nec nisi 80. stadiorum ambitu, suprà* **Cárpathon**, *insulam ampliorem, sitâ, in occasum. sed insulæ* **Casi** *incolæ, industrii, conficiendis vestibus, à Græcorum militibus gestari solitis: quæ Casiæ, & Casiacæ, dicuntur. vox* **Casos** *porrò, primam corripit.* (41) *Carpathio mari, ab hac insula, celebre nomen est.* (42) *Maris: cujus præses, ac Deus, credebatur* **Neptunus.** (43) *Ventum meridionalem; nubium & pluviarum vectorem.* (44) *Vento, flanti ab Arcto, i. e. Septentrione. Plin. l. 2. c. 4.* (45) *Vento Orientali, generatim. particulatim autem; ab Ortu hiberno spirare solito. Carol. Steph. in* **Vulturno.** (46) *Ventum, qui, A.* Gellio *judice, l. 2. idem est cum Coro, seu Cauro: qui flat ab occasu æstivo.* (47) *Aquilonem: violentum, & sonorum; qui flat inter Septentrionem, & Ortum æstivum solstitialem.* (48) *Vento Occidentali æquinoctiali verno, Latinis* **Favonio.** (49) *Æoli, ventorum regis; qui filiæ Hippotæ Trojani filius, è Jove: adeóque Hippotæ nepos. Indè patronymicum Ovidianum,* **Hippótades**, *&.*

Æolon

Æolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos. (50) *Al.* Cnidon: *urbem insignem, in intimo flexu, & quasi gremiô,* Doridis *peninsulæ: de qua modò annot: 37. dictum.* (51) *Limacis, seu testudineæ turris, aut ædificii, se circinantis, ritu ac formâ.* (52) Maritimam. *Arbitri dictio est, in Jambis Publii: & rursus, in fœderatione Tryphænæ, ac Licæ.* pelagiæ volucres; matrona, onerata phaleris pelagiis. &c. (53) *Exitus & finis autumni, hiemascere incipientis, & ideò navigationem* tardantis. (54) Capricorni *sidus; Decembrem irrumpens Zodiaci signum. quod &* Caper *dicitur in disticho illô notæ 27. suprà.* (55) *Onomatopœja: sicut braccata, togata, palliata, sardonichata, &c. gausape villosô amicta.* (56) *Virgilii est l. 4. Æn.* Terribili monitu horrificant. — *activè. de Didone; somniis, ominibus, & portentis, exsternatâ.* (57) *Adjectivum hoc, epitheton est insulæ* Cretæ; *à* Dicta, *monte Cretæ; in quo nympha nominis ejus colebatur. Unde Maro, Æn. 3.* — Dictæa negat tibi Juppiter arva. *de* Creta *loquens.* (58) *Ob ventos contrarios; qui navem in alterum semper latus agitabant; prout incidebant in eam, alius ex alio.* (59) Creta, *hodie &* Candia. *græcis olim* ἑκατόμπολις, *ob 100. urbes.* (60) *Navis cursoria.* (61) *Non est accusativus Græcus; pro Latino,* Salmónem, *in vulgata positô; sed est* Salmóna *nominativus Latinus primæ declinationis: sicut in Græco secundæ, ut Musa, æ. & græcè* μῦσα, ης. Sic Sal-

Salmóna, æ. & *græcè*, ἡ Σαλμώνη, ης. *Itaque apud* S. *Lucam hîc* (*id est*, *Actorum c.* 27. *v.* 7.) *legitur* ὑπεπλεύσαμεν τὴν κρήτην, κατὰ Σαλμώνην. *Subdit verò mox.* μόλις δὲ παραλεγόμενοι αὐτὴν, i. e. σαλμώνην. Ægrè verò præternavigantes illam. *Sensus est ergò*: *In Cretam omnino non intratum fuisse*: *ad* Salmonam *verò vix accessum esse*: *ut* &, *Thalassam*, *Bono-Portui vicinam*, *remorum magìs strepitu*, *quàm accessu*, *strictam fuisse*. *Hic locus*, *torsit etiam Lexicographos quosdam*, *maximéque heterodoxos*; **Vulgatam** *hic admordentes*, *sed dente putri*, *nec adeò solidô*. *cùm* Græcus, & *Latinus noster textus*, *adhuc facilè concilientur*. **Salmónen** *porrò*, *promontorium Cretæ facit Ortelius*, *in tabula Paulinâ*. (62) *Locus hic* Boni-portus, *in græco accusativus est pluralis*. *Act.* 27. *v.* 8. ἦλθομεν εἰς τόπον τινὰ, καλούμενον, καλοὺς λιμένας. Venimus in locum quendam, vocatum Bonos, (*vel Pulchros*) portus, *ad verbum*. *poëtis conceditur* προσωπικῶς, *ponere singulare*, *pro plurali*: *ut*, *miles*, *pro milites*. & *sic* Boni-portûs, *erit genitivus singularis*. *Unde* & *Claes Fans Visscher*, *in tabula sua Apostolorum hodœporicâ*, *vertit hanc vocem*, Schœnhaven, *Belgicè*. *Alemann scriberes*, Schönhafen. *latinè*, pulcher portus. (63) *Civitatis littoralis Cretæ*, *ait Carol.* Steph. *V.* Thalassa. (64) *Ventus*, *ab occasu solstitiali flans*, *grandi cum*

frigo-

frigore: aliter, Corus, & Caurus : *cùm Zephyrus contrà, seu Favonius, ab occasu æquinoctiali, & quidem amœnissimè plerumque, spiret; nisi atrociori misceatur.* (65) Libs, Libis, *ventus, ab occasu hibernô prorumpens, quem & Africum quidam vocant, opponitur Vulturno, de quo suprà annot.* 26. *Idem porrò ventus, qui Græcis dicitur* λὶψ, λιβός, *latin. Libs, Libis; ab iisdem Græcis, in Epigramm. profertur etiam,* ὁ λίβυς, λίβυος, Libys, Libyos, *vel lat. decl.* Libyis, ii, em, ye: & hominem *significans, &* (*ut dixi ex epigr:*) ventum *Libycum, seu Africum. Seneca Hercul. Fur. A.* 2. *sc.* 3. Eryx, &, Eryci *junctus, Antæus Libys: & Herc. Oet: Act.* 1. *bis.* Et ille solem. &c. Indúsque &c. (66) *Maris. suprà sæpè.* (67) *Circius, ventus est inter Corum, & Aparctiam,* (*de quo suprà, notâ* 44.) *spirans, tantâ violentiâ; ut omnia quasi rotet, circumagat, ac circinet: onusta quoque plaustra subvertat; secúmque domorum tecta raptet. de quo & Lucan. lib.* 1. *Pharsal. Vèhit verò secum & grandinantes, & fulminiparas, nubes; si Cauro misceatur. Et alioquin impetus ejus ac furor* (*in Narbonensi præsertim Gallia*) *fulminis alas, & potentiam, æmulatur.* (68) *Ventus Australis: aliter* Auster: *humidus & nebulosus.* (69) Phœnica, *seu* Phœnícem, *latinô proferendi more,* Carol. Steph. *Cretæ facit* urbem. *cuj non adversor: dummodo statuamus, &* portum *esse, auctoritate biblicâ S. Lucæ: qui Act. 27. v.* 12. φοίνικα, λιμένα τῆς κρήτης, *dicit.*

dicit.(70)Centurio Julius; illi navi prætor,& navarchus, à præside Judææ, Porcio Festo, datus. (71) Ex Aquîlone namque, Boreæve faucibus, nivium flocci, sicut hiemis semina, confertim evolant. (72) Arctici: qui frigore suo conglaciat etiam subjectum sibi mare. (73) Inferni, & Sathanæ: qui cum tam atrocibus ventis tunc in S. Paulum utique & ipse conspiravit. (74) Patronymixῶς, pro Æoliæ luis, hoc est, contagis ventosæ. Ab Aeolo (ventorum præside) fit Æolis, idos, vel, dis.(75) Typhónem etiam nominat hunc, Car: Steph. & Horatius Tursell. l. 3. vitæ S. Xaverii, cap. 16. post med. Ipsa autem sacra Scriptura explicat hoc nomen, Act. 27. v. 14. cùm eum dicit, Euro-Aquilonem vocari: éstque adeò is, qui, autumni maximè tempore, ab angulo prosiliens climatis inter Boream, & Eurum, seu, inter Septentrionalem tractum, & Orientalem æstivum, Japonicum primò mare; dein, & alia, exagitat. græcè τυφωνικός, & ευροκλύδων. & hic est tubicen ille Æoli, regis-ventorum, incitatissimus, ac repentinus, quem fusiùs describit Tursell. l. 3. c. cit. (76) maris. cujus Deæ veteribus, & Thetis, idos; & Tethys, yos. sed Thetis, e habet, seu e breve: Tethys, yos, n, seu, e, longum: réque mythologicâ, diversæ sunt. (77) Qui & Caurus, & Argestes: ab Occasu æstivo spirans. suprà. (78) Ventus. ab ortu hiberno, inter Orientem, ac meridiem. (79) Stellæ: earum scil. conspectus. (80) Tartareus, infernalis. (81) Remi: & extremæ partes remorum:

quòd

quòd in modum palmæ *protensæ sint. Maro l. 5. Æneid.*— extremas stringat, sine, palmula cautes. *Primitivum quoque eodem ponit significatu Catullus, quo diminutivum Virgilius; de nuptiis Pelei & Thetidos, ad init:* Ausi sunt vada salsa citâ decurrere puppi, Cœrula verrentes abiegnis æquora palmis. *ubi per transennam pariter observes;* Vada salsa, *etiam pro mari, poëtæ poni, minimè vadoso, sed potiùs profundissimô.* (82) *Hoc locô vulgata nostra Actor. 27. v. 16. legit:* In insulam, quæ vocatur Cauda. *&c. & verò agnoscit Suidas insulam, Cretæ vicinam, (qualis ista S. Lucæ, & S. Pauli) dictam* Caudo. *& Plinius l. 2. c. 8.* Gaulon. *Græcus autem legit,* νησίον δέ τι ὑποδραμόντες, καλούμενον Κλαύδην. *&c. i. e.* insulam verò parvam quandam subtercurrentes, dictam Clauden. *Joann. Jansson: in sua Sophiani Græcia,* Claudon *appellat; ut & in tabula Cretæ peculiari.* Claudos *quoq; reperitur, in Græcia Sophiani med primævâ. At tabula Orteliana Peregrinationis S. Pauli,* Claudiam *dicit: ut & Fißcherus in suo hodœporico Apostolorum,* Claudiam *vocat. Apparet, diversis successivè temporibus, diversè quoq; nominatam hanc insulam; utì multis quoq; locis aliis usuvenit: & hæc ipsa hodie putatur ea esse, quæ nunc* Gozo *dicitur, (ait Steph. Menoch. hîc, in c. 27. Actor.) nos textui S. Lucæ græco institimus; qui* Κλαύδην *habet.* (83) *gubernaculum, seu temo, quo*

cursus

cursus navis regitur, & dirigitur. Virgil. 5. Aen. ad fin. (84) *Arbor nautica, cui antenna, & velum, appenduntur. Lucan. l. 2. Pharsal.* **Antennas, proram, malos, tonsasq; natantes.** (85) *fluvii inferorum,* λήθλω *i. e.* **oblivionem** *inducentis. ponitur, pro Inferis, & sæpe etiam (ut & hîc) pro statu mortis, & defunctorum.* (86) *E regione enîm* **aëria,** *omnes ejusmodi tempestates proveniunt.* (87) *Pleriq; enim vetustorum idololatræ, Jovisq; cultores, erant.* (88) *Ab Hetruscis pléraq; superstitionum suarum, & voluminum ritualium, Italos reliquos, & Romanos præsertim, tanquam à peritissimis auguriorum, & cœlum variâ observatione exercentibus, accepisse, ut & fulminum procurationes, quas libri Numæ-Sabini posteris reliquêre; latere neminem potest, qui Valerii Maximi librorum initia, Livii decada 1. Ovidii fastos, Ciceronis de Divinatione libros, & alios, triverit.* (89) *Virgil. 2. Aen.* - **divôm inclementia, divôm:** *ut libri Hetrusci, & Latini veteres, sæpe: pro* **divorum.** (90) *nam &* **Spem,** *ceu Deam, idololatræ Romani invocabant: ut, cui ædes quoq; posita fuerit, in foro olitorio. Liv. l. 31.* (91) *Hinc Phædræ Senecæ nutrix, Hippolyti Actu 1. sc. 2.* **Deum est, Amorem,** turpiter vitio favens, **Finxit libido: quóq;** liberior foret, **Titulum furori Numinis falsi addidit.** *& infrà:* **Vana ista demens animus ascivit sibi.** *Et Arbiter.* **Jam sibi quisq; deos avidô certamine fingit. Projecit**

jecit vitium hoc, atq; error juſſit inanis. &c. (92) **Morpheus, eos, vel ei:** *ſomni miniſter; omnia imitans, & exprimens, ſicut mimus & pictor. Ovid. XI. metamorphoſ.* (93) **anchoram** (*dentem, aut arcum dentatum, ferreum, quo ad ſcopulum fixô, navis retinetur*) **Sacram** *appellabant: quæ ultima erat, & firmiſſima futura ſperabatur; & ideò cum fauſtis ominibus, & apprecationibus, in profundum demittebatur.* ἱερὰ *indè* ἄγκυρα *dicta.* (94) **armamenta navis:** *ut antennas quasdam, ſpiras, contos, vela; & alia, non extremè neceſſaria. Vide Menoch. hîc, & Cornel. in c. Act. 27. v. 19.* (95) **Jactum fecerunt,** *Act. 27. v. 18. id eſt,* **ſarcinas** *demergebant,* **ac merces** (*ait Menoch.*) *quas, in Oriente collectas, & Sidone quoq; ceu emporiô purpuræ, coëmptas, ſecum vexerant. Eas nunc, ad levandam navim, projectabant in mare.* (96) *In porta, in littore, in* **tuto.** (97) S. *Lucas, qui navigationis hujus, & ſocius Paulo fuit, & ſcriptor: Ariſtarchus item, Macedo. Act. 27. v. 2. cum aliis Chriſtianis vectoribus, Paulo catenato miniſtrantibus.* (98) *Sic Eccleſia Deum laudat, Sabbatis Quatuor temporum,* **Qui ambulas ſuper pennas ventorum:** *ex pſal. 17. v. XI. & ex pſal. 103. v. 3.* (99) *Equorum. ut V. T. ad l. 3. in Zacharia.* **Aquilonares** *autem hîc, ſive Septentrionales equi, hoc eſt, venti, ponuntur: quia* **Aquilones** *ventorum omnium facilè celerrimi ſunt, & incitatiſſimi.* (100) **Maritimorum.** *Neptuno namque,*

maris

maris Deo *fictо, prisci & equos, & currus, affingebant. Maro* 1. *Æneid.* **Atque rotis summas levibus perlabitur undas.** *de Neptuno loquens.* (101) S. *Paulus* 1. *ad Timoth.* 2. *v.* 7. (102) *In tabulis Geographicis,* **Syrtis** *utraque, Melitam ex Oriente petentibus, ad latus sinistrum, & ad Australem scil. plagam, in Libyco mari, adjacet :* **Major quidem Orientalior** ; *Minor autem, magnô satis intervallô, Occasui propior : sed ambæ littoribus Africanis incumbentes ;* **major**, *suprà Pontiam insulam, & Hippi-promontorium ;* **minor**, *suprà portum Argöum, &* **Tritónem Fluvium**, *ad Lotophagiten sinum. Sunt porrò* **Syrtes**, *loca maris, accumulatione arenarum vadosa, periculosissima, reciproci semper maris, & nunquam stabilis profunditatis : in quas (præsertim verò* **Majorem**) *propè propiùs incidere potuisset hæc Juliana navis : quippe, arctè admodum eam adnavigans ; priusquam ad Melitam (quæ supra utramque* Syrtium *ad Septentriones jacet) flecteret cursum suum.* (103) *Christianos vectores, Pauli comites.* (104) *Jesu Christi, regis nostri : quos primò passim* **Nazarenos**, *&* **Nazarenorum sectam**, *vocabant, ut & Actor.* 24. *v.* 5. *Tertullus, Pauli accusator.* (105) *Mortis, & lethi; quo bibitur Lethe, fluvius mortuorum. suprà, notâ.* 85. (106) *Ethnicis vectoribus.* (107) *Julio centurioni ; navis illius præturam tunc obeunti.* (108) *Militibus levioris armaturæ : utpote navigantibus, non belli causâ, sed comitandi tantùm, & vinctos asservandi, gratiâ.* (109) *Vitæ videlicet æternæ : de qua*

S. Pau-

S. *Paulus alibi ait Act. 28. v. 20.* **Propter Spem Israël hâc catenâ circumdatus sum.** *& similia Actor. 26. v. 6. & 7. (110) Sicut timebant fore (ut & à majore Syrte non multùm aberant) Actor. 27. v. 17. (111)* **Inferni.** *suprà, sæpe. (112) Venerem,* **Cypriis** *maximè cultam. dici verò in accusativo,* **Cyprin, & Cyprida,** *vel* **dem** *; ad l. 3. Antiquitatum Angelicarum Veteris Testam. è Græcis astruxi, & demonstravi. (113) allegoricè, pro, Veteris Romæ, (quam Tiberis alluebat)* **vitiorum sordibus.** *(114) baptismô Christianô. (115) Nam,* **Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto; non potest introire in regnum Dei.** *Joan. 3. v. 5. (116) Juventutis militaris, quæ cum S. Paulo in navi erat; & nondum erat in ecclesia: quippe; adhuc Ethnica. erant autem milites* **Ausones, Romani;** *vel aliarum terrarum Italiæ. (117)* **Quirinus, Romulus** *dictus est: ejus Regia, Roma. (118) Tametsi à multis (Poëtis maximè recentioribus; subinde errori subscribentibus); primum Imperii Neroniani* **Quinquennium** *laudatur, cujus* **annô tertiô** *S. Paulus Romam vinctus perductus est; annô verò quintô Neronis nondum, nisi vix dimidiatè, exactô, libertati denuò restitutus: S. tamen Paulus, è custodiâ tunc scribens ad Timotheum epist. 2. c. 4. v. 17. dudum ante finem Quinquennii Neroniani, ait;* **in secunda sui defensione,** *(postquam in* **prima** *defertus ab omnibus, & relictus in vinculis erat)* **se liberatum fuisse de ore Leonis, i. e. crudelissimi Neronis:** *quem Ne-*

ro ti-

ro titulum ſummô jure meruit : ut, qui eodem tempore, Martio menſe, octavô ſcil. menſe, ante primum Quinquennium Imperii exactum, matrem Agrippinam, Anicéto miniſtrô, occiderit. Et ſanè Baron. apud Spondan : annô jam primô captivitatis Pauli Romæ, ac tertiô Imperii Neroniani, Chriſti verò. 59. appellat eum, pro ipſo illo jam tempore, Sæviſſimum principem, nihil ratione, ſed pro animi libidine, omnia facientem. *& mox,* Immanem ejus fuiſſe, ac prorſus feralem, fævitiam. *num. 2. Qui ergò ſcripſit,* — Quinquennis ſed meus ille Nero eſt, *de annis* Imperii *taceat : cùm iisdem & matrem vivam ſæpius inceſtârit, Tranquillô teſte; ut alia prætéream. de annis* ætatis, *num intelligi ſibi poſſe videatur ; ipſe viderit !* (119) Româ *videlicet.* (120) promiſeras, *futurum ; ut Romæ præconium Evangelii (utiq; verò non irritum) facerem : ut infrà mox dicetur.* (121) Fidelis enim Deus in omnibus verbis ſuis; & Sanctus (*incorruptæ fidei*) in omnibus operibus ſuis. *Pſal. 144. v. 13.* (122) *Quantum enim erat in Paulo ; is, jam à principio ſui tranſitûs ad ſacra Chriſtiana, Jeroſolymitarum etiam converſioni intentus fuerat. A Chriſto verò, aliò directus. Vide Act. Apoſt. c. 9. à. v. 26 usq; ad 30. incluſ. & cap. 22. v. 17. usq; ad 22.* (123) *Romana.* Hoc autem *Chriſti promiſſum perſcriptũ eſt Actor. 23. v. XI. Porrò, Roma urbs eſt* Latii, *regionis Italiæ: cujus tamen & vicinæ circumquaq; urbes, colonie, & municipia, à S. Paulo, (mediatè ſaltem, &*

per

per ejus discipulos) *Christi fidem acceperunt. pro quâ assertione, lege, & expende, quæ S. Paulus è vinculis Romanis scribit ad Philippens. c. 1. à v. 12. & 13.* (124) *Actor. 23. v. 11.* Sequenti nocte assistens ei (*S. Paulo*) Dominus, ait: Constans esto! sicut enim testificatus es de me in Jerusalem; sic te oportet & Romæ testificari. *Hoc factum erat eodem annô post Pentecosten: cùm Paulus teneretur custodiâ Jerosolymæâ.* (125) Infernum; *prædicatione viæ-ad-cœlum.* (126) *Romam fuisse* Septicollem; *constat & pueris: & claret è Marone quoq; Aen. 6. ant. fin.* Septémq; una sibi murô circumdabit arces: *montanas videlicet. de Roma verò sermo est.* (127) *me quodammodo jam destinato morti, in mari obeundæ.* (128) *de* Deo *namq; Psalm. 88. v. 10. dicitur:* Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum ejus tu mitigas. (129) *Aut vehementer, ac priæ cæteris,* dilectos; *aut, ad singulare quodpiam gloriæ divinæ amplificandæ munus* delectos: *ut Actor. 13. v. 2.* dixit Spiritus Sanctus; Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus, ad quod assumpsi eos. *Et de Abrahamo dicit Deus, Josue 24. v. 3.* Tuli patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus: & adduxi eum. *&c.* (130) *Juxta illud, Tob. 13. v. 3.* deducis ad inferos, & reducis. (131) *quippe, è tribu ortum Benjamini; qui pronepos fuit Abrahæ. Roman. XI. v. 1.* Nam & ego Israëlita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin. (132)

conſtantiâ; ceu ſcutô Patientiæ, & fidei, & æquitatis ac Veritatis, & bonæ Voluntatis. ad Epheſ. 6. v. 16. Sap. 5. v. 20. Pſal. 90. v. 5. & Pſal. 5. v. 13. (133) *Sicut* **Abraham, Qui, contra ſpem, in ſpem credidit,** *ad Roman. 4. v. 18.* (134) *Angelus, è beatis unus.* (135) *Simili phraſi de* **Somno** *Virgil. utitur libro 5. Aen. ad fin. de Palinuri demerſione, è ſopore in mare, loquens.*

Ecce, Deus ramum, Lethæô rore madentem,
Vîq; ſoporatum Stygiâ, ſuper utraq; quaſſat
Tempora, cunctantíq; natantia lumina ſolvit.

(136) *allegoricè, pro* **ærumnis**; *quæ adhuc innumerabiles Paulo reſtabant exhauriendæ.* (137) *S. Paulo, & Melitam ſimul (ſed tunc innominatam ipſi) & montem arenarium, juxta eam, in ſomnis Angelus oſtenderat.* (138) *hæc dictio, nec hôc locô eſt* **adjectivum**; *nec illô Virgilii verſu, Aeneid. 1.* — **tres** (*naves*) **Eurus ab alto, In Brevia, & Syrtes, urget.** - *Sunt autem,* **loca vadoſa, ſed periculi plena; brevis, ac tenuis alvei, ſed infidi.** (139) *Illud omne mare, in quo naufragaturus Paulus erat, pars mediterranei erat; ad Libyam vergens, & Africam alluens.* (140) *Juliô centurione.* (141) **alterna** *brachia; quæ natantes jactare compelluntur.* (142) *terræ, quæ portu inſtructa eſt, ad commodam navis applicationem, & nauticæ turbæ exſcenſionem: cùm, è contrario,* **mare Africanum**

Sallu-

Sallustio, in Jugurtha, dicatur, (*& sit*) **importuosum.** (143) *navis, è pinea, vel abiegnâ, materie facta. Est* Synecdoche. *Vide Susenbrótum in tropis.* (144) *Vectores universim 266. Actor. 27. v. 37.* (145) *Mors, & amnis mortuorum. Suprà, bis.* (146) *Allusum ad eos, qui cap. 27. v. 31. è navi fugere tentabant, scaphæ beneficiô: sed, Paulo obnîtente; qui utiq; conditionem hanc, & pactionem, Salutis universæ navis, ab Angelo acceperat:* **ut scil. omnes unà manerent:** *typus, veræ Ecclesiæ; in Christo, & unitate, collectæ.* (147) *Luminaribus, per vices lucentibus; quorum unum præsideat diei, & alterum nocti. Genes. 1. v. 16.* (148) **Splendoris** *Paulinæ stellæ. S. Paulus enim Tarsô, Ciliciæ urbe, oriundus, & ortus quoq; erat. Actor. 22. v. 3.* (149) **Tyrannô,** *sc. Nerone. per Antonomas.* **Susenbrotus,** *hoc ipsum in tropis, antonomasiæ ponit exemplum.* (150) *Sic enim Deus per Angelum Paulo dici jusserat, Actor. 27. v. 24.* **Cæsari te** *Oportet* (*q. d. ità decretum à sæculis æternis est*) **assistere.** *Regem porrò, Cæsarem, seu Imperatorem Rom. dico, Græcorum posterioris ævi, non solùm poëtarum, sed & historicorum, imitatione,* Βασιλέα & Βασιλῆα, *pro* Σεβαςῷ *passim frequentantium.* (151) **Leoni;** *Neroni scil. ut suprà, notâ 118.* (152) **Catenarum,** *in prima captivitate; gladii verò, in secundâ.* (153) *Angelus Domini.* (154) *Omnibus, qui navî eâdem vehebãtur.* (155) **Naturalem,** *horarum 24. cuj* & **nox** *computatur;*

tatur; quam textûs nominat Act. 27. v. 27. (156) *Tenebris tam ſpiſſis; ut* **inferæ** *videri credive poſſent.* (157) *In ipſo conſpectu, & quaſi ante faciem, inſulæ Melitæ.* (158) *Somnium, quod, S. Paulo divinitus immiſſum, ei per Angelum, certiùs & meliùs, quàm per omnes augures, eventum rerum futurum, prædixit:* (*etiam cumulô illô arenæ demonſtratô*). *Act. 27. v. 23.* (159) **Pachynus**, *vel*, **um**, *Siciliæ promontorium, ad angulum inſulæ ſemi-orientalem, & ſemi-auſtralem; adeóque ad ortum ferè hibernum.* (160) *Ob ſonitum fluctuum maris, tunc ad ſaxa allidi ſolitorum. unde Maro l. 3. Æneid. a. f.* **Hinc altas cautes, projectáque ſaxa Pachyni Radimus** — (161) *Siculi. Sicilia enim* **Trinacria** *dicitur; à tribus ἄκροις, hoc eſt, ſummitatibus, & extremitatibus, totidem promontoriorum illius inſulæ. Virgil. Æn. 3.* **Præſtat Trinacrii metas lustrare Pachyni.** (162) *Arenæ Punicæ: quæ ſcilicet à littore* **Punico**, *ſeu Pœnorum, à meridionali plagâ, volvitur ad littus Melitæum; incitante violentiore fluctu, & tempeſtate.* (163) *Arena, in tumulum altiſſimum, formâ montanâ, à fluctibus coacervata.* (164) **Græcus**; *ex Achaiâ, ſeu Peloponneſô, navigans. Horat. l. 1. od. 15. f.* **Poſt certas hiemes, uret Achaicus Ignis Iliacas domos.** *Æſtus porrò, hôc loco, non ſolarem, nec ab igne excitatum, ſed maritimum aquarum furorem, ſignat. ut Plaut. in Aſin.* **Æſtus te in portum referet.** (165) **τόπος μεσόθαλασσος, locus, inter duo maria:** *ſicut iſte,*

inter

inter mare Ionio-Libycum, & mare Adriaticum. cæterùm, dictio est Horatii, l. 1. od. 7. Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylénē, Aut Ephesum, bimarísve Corinthi Mœnia (*propter maria bina, quibus includitur, Ægæum sc. & sinum Corinthiacum.*) (166) *Ventô ex angulo Africæ Gaditanô, seu occiduô - hibernô; unde Zephyrónotus* prosilit. (167) *Navis Fulii centurionis. synecdoch:* (168) *Acuminatâ illâ parte proræ.* (169) *Totam proram: quæ velut caput est navium; rostrum verò, capitis vertex.* (170) *Mari. suprà.* (171) Manibus: *quarum pars sunt;* volæ; *quibus maximè aliquid tenetur. Synecdoche.* (172) *Triremis. usurpatur autem ἡ τριήρης, ους, etiam ab Latinis non rarò, variationis caussâ. Itaque, nec S. Hieronymus refugit scribere Numer. 25. v. 25.* Veniēt in trieribus de Italia. (173) *Metaphoricè. pro,* Succumbit *pugnæ cum fluctibus; & quasi victam se fatetur.* (174) *Sidunt naves: quando mersæ, manent fixæ & immobiles. Aiem.* setzen/vnd sencken sich. (175) *Frangitur, rumpitúrque, non sine clamosô ingentique sonitu.* (176) *Maritimô stagno, i. e. mari. per μείωσιν vocis; quam Susenbrotus ταπείνωσιν appellat. affértque Virgilii exempla,* quibus rei alicujus dignitas (*ut hîc maris mediterranei*) verbi humilitate (*ut hîc, lacu*) *deprimitur:* Apparent rari nantes in gurgite vasto. &, Dulichias vexâsse rates, &, gurgite in alto, *i. e.* mari. Nereius *porrò, idem, quod maritimus.*

Nereus *enim Maris Deus priſcis. Vide infrà, notam 193.* (177) *Nam ex Oriente navis illa ſolvens, quoties proſperè ferebatur; impellentibus à tergo Euris id debebat: ut in Italiam perveniret.* (178) *pro* **Divorum**: *id eſt, adorabant, ut deos, Caſtorem & Pollucem, gemella duo ſidera, & maris ſigna; ab idololatris (quales ferè omnes erant in navi Julianâ) in tempeſtatibus maritimis implorari, coliq;, & in tutela quoque pingi navis, ſolita. Horat: etiam, ad initium ſtatim navigationis, pro Virgilii ſalute, ea, ex obliquo invocat, l. 1. od. 3.* **Sic te Diva, potens Cypri, Sic fratres Helenæ, lucida ſidera, Ventorúmque regat pater; Navis &c.** (179) *Ledæ; quæ, ex Laconia cùm eſſet, è Jove, &c. Helenàm & Pollucem peperit, &c.* (180) *Leda hæc, è Tyndaro maritô jam gravida, ferebatur à Jove inſuper, cygni formam indutô, violata; duo peperiſſe* **ova**: *è quorum altero prodierint Helena & Pollux; ex altero verò Caſtor & Clytæmneſtra.* **fabulæ**! *Sed priſcis, ut nobis* **Evangelium**, *creditæ.* (181) *Jam ſuprà obſervavi, ad l. 2. de Aſcenſione;* **Caſtores** *quandoque in plurali ſumi, pro Polluce ſimul, & Caſtore: è Sueton. & ex Act. Apoſtol. c. 28. v. XI. quem locum vide.* (182) *Sive nauclerus: ſive & ipſe navarchus, hôc ſubinde nomine, ſignificantur: ut hôc loco, uterque, maximèque Julius, centurio ſimùl, & illi navi Præfectus.* (183) *Hac ſcil. ipsâ de nave: quæ ſolverat è Syria: cui provinciæ contribuebatur, & Palæſtina.* (184) *Hoc mare, in quo naufragium fecit Juliana hæc triremis, poſt noctem decimam quartam;*

tam; **Adriam**, *h. e.* **Adriaticum mare**, *vocat sacer textus Latinus*; & *Græcus*, ἐν τῷ ἀδρίᾳ. *quæ vox, in prima suî syllabâ, etiam corripitur à Propert. l. 1. el. 6.* **Non ego nunc Adriæ vereor mare noscere tecum. &c.** *Quod & thalassographi exactiores notant*; *qui Adriaticum longè adhuc extendunt in meridionalem plagam*; *ubi alii Ionio adhuc pelago locum, & nomen, concedunt. Ortelium vide, in sua Creta, seorsim positâ*; & *Joan. Janssonium, & Visscherum, in tabulis hodœporicis Apostoll: & aliis.* (185) *Pœnorum enim mare, Occasum versùs, post* **Gaudon** *insulam, proximè* **Melitam**, *consociatur Ionio, & Adriatico.* (186) *i. e. mortem differens in tempus longius: ut adeò* **Parcæ**, *quæ* **fila** *humanæ vitæ trahere dicebantur*, (*Clothô ea ad colum aptante*; *Lachesî verò trahente & nente*,) *tam prolixè ea producerent; utì Atropos, non nisi serò demum, morte filum, seu pensum, absecaret.* **Extrahere** *porrò rem, est, prolongare & protrahere. Sallust. in Jugurtha,* **trahere.** (187) *Senis portitoris illius, & nautæ*; *qui mortuos transportare per* **Stygem** *& Acherontem, fluvios inferorum, credebatur. Virgil. l. 6. Æn. & Seneca Herc. Furent. A. 3. sc. 2.* **Charontem**, *sibi imminentem, tantisper effugit*; *qui mortis viciniam aliquousque differt sibi.* (188) *Gubernaculi, ac temónis, in navi.* (189) *In manu, æream manicam; in pedibus, compedes, ex eadem materia, gestans.* (190) *Non unus, sed omnes. synecd. singulare, pro plurali.* (191) *Quò minùs captivi,*

ptivi in littus, etiam apertum, enatarent. (192) *Dea funerum* (*suprà*) *eos immolare, & hostium facere.* (193) **Deo maris**: *Oceani & Tethyos filio. Herman. Torrentin.* (194) *Privatô repentinôque gregariorum militum impetu.* (195) *Peccatum, ob quod captivorum quisque in vinculis erat.* (196) *Tanquam, cum scelestis gladiatoribus, ipse quoque Paulus, ad arenam, & lanienam damnatus, & ità periturus, foret.* (197) *Pauli: qui in urbe Ciliciæ, Tarsô, natus fuerat.* (198) *Parca, absecans vitæ filum. vide suprà, notam 186.* (199) *fatalem. de quo David 1. regum c. 26. de Saule rege, & hoste. v. 10.* **Nisi Dominus percusserit eum, aut dies ejus venerit, ut moriatur, &c.** (200) *Vocabulum est applaudentis, gratulantis, & propter præclarè gestam rem optima quæque apprecantis, & optantis auctori ejus facti. Virgil. Æn. 9. de Ascanio victore.* **Macte novâ virtute puer! Sic itur ad astra: DIs genite, & geniture Deos.—** (201) *Quiescunt, & nihil porrò movent, milites, de cæde captivorum, & Pauli.* (202) *Romanorum.* (203) **Cœli**, *ac terræ: gaudio cœli, saluti terræ; adeóque, Mundi superioris, & inferioris, lucro.* (204) *Sustentans, suo modô, & sub succollatione, utrumque mundum; ne incolîs sanctîs imminuantur. De* **Atlante** *dixi ad T. V. in Juditha.* (205) *Purpurâ, Sidone coëmptâ; aliisve rebus.* (206) *Quoniam* **Vas electionis** *est mihi iste; ut portet nomen meum, corã gentibus &c. Act 9. v. 19. dicit Christus de Paulo.* (207) *Dixi superiùs, notâ. 184. mare illud, in quo*

fracta

fracta Paulina navis est, & Ionium, & Adriam, dici: sociarique ibi etiam Libyco mari. (208) Alioqui periturum in mari. (209) S. Paulo: qui, post decennium Romæ capite plectendus, interea scribens ad Philemonem, nobilem Colossensem, annô Neronis 4. secundô captivitatis Romanæ vixdum inchoatô, adeóque unicô post naufragium annô interjectô; sic de se in epistola illa loquitur. v. 9. propter charitatem, magis obsecro, cùm sis talis, ut Paulus senex, nunc autem & vinctus Jesu Christi &c. Cæsar: Baron. vide, in annum Christi 60. num. 17. Spondanianô. (210) In insulam Melitam exscendentis. (211) Alemanni dicunt. Mancher Schalck geniesst eins frommen Manns. (212) Arbiter, de naufragio onerariæ Licæ Tarentini. Peragit tempestas mandata fatorum: omnésque reliquias navis expugnat, non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis &c. Percurrêre piscatores, parvulîs expediti navigiîs, ad prædam rapiendam. &c. Hos autem in vicinia fuisse Crotónis; postridie illius vesperæ, mox patuit. Fuit autem Croton Italiæ civitas, ad sinum Tarentinum; naufragorum bonis colligendis, & ad se pertrahendis, cùm opportuna; tum & audax. (213) Insulæ maris Ionii, ante Epirum jacentis, ad latus Cephaleniæ insulæ Orientale: scopulosissimæ; ideóque frangendis navibus perquam aptæ. nec dubium, quin indè & spoliorum avidæ, ex incolarum indole: quorum importunos mores etiam Penelope descripsit Ovidiana. Ac de Zacyntho quidem certè, insulâ, I-

thacæ vicinâ, ad meridiem, aut Zephyrónotum; auctor est Princeps Radzivilus, epist. 4. post 18. Februar. pag. 241. indigenas illius feroces, ac famosos esse naufragantium dispoliationibus &c. (214) *Regionis in Illyride, inter Istriam, ac Dalmatiam: quam Carol. Steph.* Croatiam *esse hodiernam, asserit. Ejus incolæ* Liburni *dicti, navibus olim, levissimis juxtà, velocissimisque, (quæ & ipsæ* liburnicæ *dictæ) mare Ionium, & insulas, deprædabantur. quippeni, & naufragia?* (215) *Cyclópis Polyphémi erga naufragos immanitas, nota est ex Achæmenide Virgilianô, Æneid. 3. ante fin. longiusculè.* (216) *Quos, pro armentorum custodia, pastores Scythici circumducere coguntur: ut & Afri, Getulique. Vide Maron. 3. Georgic.* (217) *Caniculas pygmæas, familiarissimas, Europææ maximè nobilitatis matronis, aliísque fœmellis, Sybariticarum mulierum imitatione delicatis, & segnibus: quas utique præstaret, gremio fovere calathum potiùs, ac telam; quàm pulvillis, rosâ fartis, catellos Melitæos, ad otium duntaxat latrantes, & quiritantes. De* Sybaritidum *porrò mulierculârum, & virorum* Sybaritarum, *infami mollitie & ignaviâ, facilem haurias conjecturam, è Carolo Stephano, V. Sybaris: & è lucubratione illa* Sybaritide, *cujus meminit Ovid. 2. Tristium.* **Nec, qui composuit nuper Sybaritida, fugit; Nec, qui concubitus non tacuêre suos.** (218) *Haud enim latô admodum intervallo absunt à Melita, Africæ littora.* (219) *S. Lucas enim, de Melitensibus agens, hôc epitheto*

pithetô bis utitur; **barbaros** *vocans illos, cap.* 28. *Act. v.* 1. *&* 4. *non ad mores eorum respiciens, sed ad linguam, ac viciniam Africæ, & morem Græcorum (quorum is linguâ scribebat): qui gentes alias omnes, præterquam se, numerabant in* **barbaris.** *Id imitati postea Romani quoque sunt; eximentes se, & Græcos, barbariæ: cæteras nationes omnes in ea relinquentes. Et nos hodie Christiani, cæteram universam mortalium multitudinem, non-Christianam, censemus, & dicimus,* **Barbaricam.** (220) *Act. 28. v. 1.* **præstabant non modicam humanitatem nobis.** *&c. Versu quoque 10.* **multis honoribus nos honoraverunt: & navigantibus imposuerunt, quæ necessaria erant.** *& versu 7. superiùs.* **Publius, princeps insulæ, nos suscipiens (in prædiis suis,** *quæ illô locô erant*) **triduò benignè exhibuit.** (221) *Sicut jam cœperat, in promovendâ turbinum, ac procellarum violentiâ; à* **typhonico** *ventô, cæterisque, suscitatâ. suprà.* (222) *Ventorum, ei reflantium.* (223) *Quâ Pauli interitū jam devorârat Sathan.* (224) *Ulti, quando sub* **Serpentis** *formâ decepit Evam, in paradiso,* Genes. 3. *à v.* 1. *&c. Sub serpente quoque æreo, Nohestan, populum Israëliticum longô tempore detinuit in suffitu Idololatricô 4. reg. 18. v. 4. Sub Æsculapii serpente Epidauriô Romanos, & Græcos, in Idolomania, & sacrificiô galli gallinacei; templôque ei etiam in insula Tiberina positô. Plin. l. 4. Sub draco*ne quoque *Babyloniô illo, litterarum sacrârum monimentis notissimo, Danielis cap. 14. v. 22. & seq.*

quæ omnia longè præcesserunt ætatem S. *Pauli.* (225) *Nudatam; utì sit, à madore gelido se siccantibus, & calesacientibus. Habet autem id sævitiæ* **seps, lethifer ille** (*utì eum, & Alvarus Grammaticus appellat*) **anguis**: *ut, brachia nuda, sicut & alia membra, morsu illius icta, mortiferè statim putrescant, simùl cum ossibus. Annæus Lucanus lib. 9. & alii.* (226) *Quacunque in rogi parte, ac margine extremo.* **Extimus,** *Lucretii est, hoc ipso sensu.* (227) *Pupillas oculorum.* (228) *Flexibus, & voluminibus pellis suæ torosis. Virgil. 2. Æneid. de serpentibus 2. Laocoontis,* — **ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem, Corripiunt, spirîsq; ligant ingentibus; & jam Bis medium amplexi, &c.** (229) *Proceleusmaticus pes.* (230) *Paulus.* (231) *Primam quamque, in insula illa obviam: ut hodie* **Malta** *est.* (232) *Inferni; diaboli: quo invitissimô, S. Paulus naufragio superstes erat.* (233) *In supellectili lararià, ac sacrâ, Illustrissimi Comitis Tillii, archistratègi. annô 1632. & ab aliis alibi, temporibus diversis: sed interim & innumeris, nec visa, nec nota.* (234) *Ut videlicet: quòd ab eo tempore serpens in insula illa nullus queat vivere noxius; sed omnes, qui sunt illic, venenô careant: cùm ante tempora S. Pauli non caruerint; utì clarum est ex eo, quòd Melitenses exspectârint Pauli tumefactionem, ruinam subitam, & mortem. Quòd item serpentes Melitæ adeò careant omnî veneni etiam umbrâ: ut, quantumlibet aliquem mordeant, nihil prorsus inferant detrimenti. Quòd denique terra*

ipsa

ipsa illic contra venena paret antidotum ; ut experimentô notum est universo orbi : *Idque totum meritis est datum* S. Pauli. *qui* 3. *mensibus Melitam incoluit, & obivit sacris pedibus suis. Act.* 28. *v.* X I. *Vide & Baron. apud* Spondan. *in annum Christi* 58. *num.* 63.

II. (235) *Duodecim Apostoli.* (236) *Firmamentũ & fulcrum; quod præcipui ecclesiæ doctores, & præsides, meritò dicuntur : & cur non, præ cæteris omnibus, post Christum,* Apostoli? *Galat.* 2. *v.* 9. *ait* S. *Paulus de* 3. *illorum :* Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur Columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ, societatis. *Et* S. *Joan. Apocalyps.* 3. *v.* 12. *ex ore Christi.* Qui vicerit, faciam illum Columnam in templo Dei, *i. e. tum in Ecclesia, adhuc militante ; tum, in triumphante illic in cœlo. Menoch. in locum illum.* (237) *Carceris Jerosolymitani.* (238) Cœlo. *de quo Maro l.* 7. *de Dardano.* Hinc illum, Córiti Tyrrhenâ ab sede profectum, Aurea nunc soliô stellantis regia cœli Accipit — (239) *Sic &* Carceres *appellantur quidam profundi, & in* Saxo *medio constituti, & ex eo excisi ; sicut Latúmiæ Syracusîs, &* Ceada Spartæ : *quia sæpe, ad figuram lacuum, in grandibus vinearum torcularibus : & alioqui, ferè uliginosi; & aquîs sordidîs (etiam lotii reorum, & captivorum,) rarò vacui. Itaq; & S. Hieronym. de Josepho, à Putiphare in custodiam conjecto,* ait *Genes.* 40. *v.* 15. Et hîc innocens in lacum missus

missus sum. *i. e. in tenebrosum istum, & paludosum arcis Pharaonicæ locum : de quo v. præcedente 14. dicit,* — **Suggeras Pharaoni ; ut educat me de Isto** (*tam tetrô, opacô, humidô*) **carcere.** *Et revera, ubi S. Hieron. in Vulgata vertit,* **Lacum** ; *ibi in Hebræo textu vox est* bòr ; *quæ* **cisternam, lacum, antrum,** *significat. Menoch: ibi. In Græco. 70. Interpretum legimus ; versu quidem 14.* καὶ ἐξάξεις με ἐκ τοῦ ὀχυρώματος τούτου, **educes me è munitione hac,** *clausurâ, custodiâ. versu verò 15.* καὶ ὧδε ὅτι ἐποίησα οὐδὲν, ἀλλ' ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦτον. *i. e.* **Et hîc nihil feci, sed conjecerunt me in lacum,** (*fossam, cisternam, cuniculum, foveam, puteum*) **istum.** (240) *Nam, non in* **templo** *solo, (ubi propriè tholus) sed & in* **porticu Salomonis,** *versabantur nonnunquam, ac docebant, Apostoli. Vide, & expende, Act. 3. v. XI. & cap. 5. v. 12.* (241) **Captivorum.** *Omnis enim, qui in litem adducitur, aut legibus apud prætorem interrogatur, aut accusatur, aut tanquam nocens in custodiam datur ; etiamsi revera nihil mali admiserit : latinitate propriâ Reus dicitur, & censetur ; donec absolvatur. J. Sinap. & Ascon : in Cicer.* (242) *Doctrinâ Evangelii.* (243) *Qui enim in templo Apostolos audierant prædicantes ; sparserunt mox sermonem eorum, per universam Jerosolymam reliquam. Hinc illa Judæi pontificis, adversùs Apostalos,*

stolos, amarulenta querela, mox post hæc gesta, Act. 5. v. 28. præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto (*Jesu, quasi is esset Messias, ac Dei filius*): & ecce! replêstis Jerusalem doctrina vestrâ. (244) *Qui namq; manè à Synedrio missi fuerant, ut Apostolos ad tribunal adducerent; re infectâ redeuntes, dixerunt: v. 23.* Carcerem quidem invénimus, clausum cum omni diligentia; & custodes, stantes ante januas (*carceris*). Aperientes autem, neminem intus invénimus. *Vide cætera, à v. 24. ac deinceps. Ad vocem porrò* Vacans *quod attinet, pro* Inanis, & Vacuus; *loquitur hôc & verbô, & sensu, Seneca quoq;, Hippolyti Actu 2. sc. 2. post pr.* En, locus, ab omni liber arbitrio, vacat. *cùm versu præcedente Phædra id petisset* - siquis est, abeat, comes.

III. (245) *Proximè namq; præcedens eductio è carcere, in commune cessit cunctorum 12. apostolorum bonum.* (246) *toti fidelium Ecclesiæ: de quibus à Christo mandatum est Petro,* Pasce agnos meos: Pasce oves meas. *Joan. cap. 21.* (247) *Joan. 21. v. 15. & v. 16. & v. 17. semper Simon Petrus à Domino dicitur* Simon - Joannis, *subaudi,* filius; *sicut,* Philippus Amyntæ. *&c. similia. At Matth 16. v. 17.* beatus es (*inquit idem Petro*) Simon Bar - Iona, *id est,* fili Jonæ: *quod diminutivum est* Joannis. *etsi seorsim, & extra compositionem, positum, Iò* Jo-

na,

na, *pro* columba *vulgò accipiatur.* Utrumq; *interim,* & Joannes *videlicet,* & Jonas, *nomen fuit patris Andreæ,* & Petri. (248) Bethsaida, *ad mare Galilææ, seu, quod idem est, Stagnum Genesareth, Luc. 5. v. 1. & 2. sita erat; & hodiéq; A S. Joanne c. 1. v. 44. dicitur* civitas Andreæ & Petri. *Nostrâ tempestate, vicus est. Vide topothesiam Palæstinæ.* Stephani Gumpenbergii tempore, *pagus erat amœnissimus; ab eo conspectus annô 1450. die* 22. Januarii. (249) Lacum, *qui ob latitudinem amplitudinémq;,* Mare Galilææ *dicitur: piscibus & optimis, & alibi haud facilè reperiri solitis, abundans.* (250) Sacri Baptismatis, *ab ipsomet Christo accepti: qui ab eo primus, ac solus, baptizatus, Andream deinde, & duos filios Zebedæi, baptizavit: hi verò, reliquos Apostolos. ac Petrus & Joannes, deinceps 72. discipulos. Baron. in Epitoma Spondan. annô Christi 31. n. 17. ex S. Evodio, successore S. Petri in cathedra Antioch: & Clem. Stromatographô, apud Niceph. l. 2. c. 3.* (251) *Christo Dominô teste, Matth. 16. à v. 17.* Beatus es, Simon Bar-Iona! quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. (252) *Actor. 9. à v. 31.* Ecclesia quidem (*post conversionem Pauli*) per totam Judæam, & Galilæam, & Samariam, habebat pacem * & consolatione Spiritûs Sancti replebatur. (253) *à tempore Ascensionis Dominicæ in cœlum: quæ contigit annô Christi 34.* (254) *duo quinquennia, seu* Decem anni.

anni. *Inciditq; adeò hæc persecutio Herodiana, in annum, à resurrectione & ascensione Christi* decimum, *& à nativitate ejusdem, in Quadragesimum quartum.* (255) Multi *(inquit S. Hieronymus l. 1. Commentar. in c. 2. Matth.)* labuntur errore, propter ignorantiam historiæ; putantes, eundem esse Herodem &c. *Itaq; recentior quidam, (& quidem vir pius, & eruditus,) Consideratione nonâ, de Passione Domini,* — tres *distinxit, claritatis caussâ, (ut ipse putabat),* Herodes: *primum, Ascalonitam; secundum,* Herodem *Antipam; & tertium, hunc ipsum, de quo nunc agimus, interfectorem S. Jacobi Apostoli, & inclusorem Petri: quos duos posteriores, ait,* fuisse filios Herodis illius Primi, *seu Ascalonitæ. Hæc ille. non tamen ad unguem, è perpendiculo historiæ.* Primò *quidem: quia multò plures fuerunt* Herodes, *quàm hi* tres, *quos ipse enumerat; à primo illo Ascalonitâ, usq; ad Agrippam Juniorem, qui postremus fuit stirpis, & regni Herodum: ut videre est etiam apud Josephum, librô Antiqq. 18. c. 7.* Deinde, duo illi *auctoris recentis* Herodes, *non fuerunt uterq;* filii *Herodis Ascalonitæ; sed* Antipas *tantùm.* Agrippa *verò,* nepos, *ex alio quodam filio ipsius; videlicet, ex Aristobúlo: quem Ascalonites occiderat. Tanti refert; non scribere duntaxat: sed, quid scribas, expendere.* (256) Nomine *verô, Agrippa;* cognomine, *Senior;* prænomine, *Herodes: Sicut & Ægyptii reges prænominabantur Pharaones: & alii, aliter. Hic porrò*

Agrip-

Agrippa Senior, *filius fuit Aristobuli, filii (ut dictum suprà est) Herodis Ascalonitæ: frater* Herodiadis, *cujus odiô, & instinctu, S. Joannes Baptista ab Herode Antipa fuit interfectus. Joseph. cit. l. 18. antiqq. c. 7. & Baron. tom. 1. Annal.* (257) *Hic idem Herodes Agrippa Senior, pater fuit Berenicês, libidinosæ mulieris; quæ, cùm Polèmoni, regi Cilicum, (qui se ejus nuptiarum opúmq; desideriô circumcidi passus erat), nupta, post primum maritum, fuisset; ob immodicam demum, & inexplebilem, incontinentiam suam, ab eo divortit, ad exoticos amores: eôq; factô Polèmoni ansam præbuit, invicem religioni Mosaicæ repudium mittendi. Joseph: l. 20. antiqq. c. 5. post m.* (258) Agrippam Junior*em, ab incestis cum sorore sua* Berenice, *(postquam hæc morte Herodis, patrui simul ac mariti sui primi, vidua facta esset) amoribus, & congressibus, infamatum vehementer, atque publicè, tanquã scelere detestabili pollutum, & delibutum, fuisse; non modò Flavius Josephus, antiqq. Judaicarum l. 20. c. 5. & ex eo Baron. in annum Christi 58. n. 62. Spondan. prodiderunt, cum aliis compluribus: sed neq; Juvenalis, temporum illorum scriptor, tacitum habuit, Satyrâ 6. de gemma quadam memorabili, concubitûs illegitimi pretiô, vel irritamentô, scribens, à v. 155.*

Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
Murrhina. deinde adamas notissimus, &, Berenicês

In

In digito, factus pretiosior, hunc dedit olim
Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippa sorori.

Hujus Berenicês, & fratris ejus Agrippæ Junioris, mentio fit à S. Luca, Actor. 25. v. 13. & v. 23. & cap. 26. v. 30. Et hæc eadem est illa **Berenice** *regina; quam, voti nescio cujus exsolvendi caussâ, Jerosolymas venientem, ac Cestio Floro præsidi Judææ, pro tribunali, nudis pedibus supplicantem tranquillitatis publicæ caussâ, Majo mense; Florus inhonorè contumelioséque repulit: haud dubiè, majorem infamiæ illius, quàm regiæ stirpis ac dignitatis, rationem habens.* **Joseph.** *l. 2. bell. Jud. c. 26.* (259) **Junioris** *cognomentô: qui patri,* (**Seniori Agrippæ** *illi, Ecclesiæ persecutori,*) *successit in regno; sed regnô, longè contractiore. Cujus itidem meminit S. Lucas iisdem illis Actor. locîs, quibus Berenicês suprà, notâ 258. & pluribus insuper aliis. c. 25. & 26.* (260) **Agrippa** *enim hic, prænomine* **Herodes**, *cognomine* **Senior**; *filius extitit Aristobúli, filii Herodis Ascalonitæ: ut disertè docet* **Josephus** *Antiqq. l. 18. c. 7. med. & alibi. Cæs. Baron. apud* **H. Spond.** *in ann.* **Chr. 39. n. 2.** *Non ergò* **filius** *Herodis primi, seu Ascal.* (261) *Herodis Ascalonitæ: qui, Matth. 2. occidendo tantam parvulorum multitudinem, factus est tot capitum belua cruenta; quot interemit Infantes. Ille, Christi hostis; Herodes-Agrippa-nepos, Christianorum.* (262) *Herode magnô, seu Ascal. patre Aristobuli;*

quæ

qui Aristobulus, Agrippam genuit Seniorem. (263) i. e. non feroce tantùm, ut lupi sunt in oves (cujus truculentiæ causſâ, plusquam semel l. 4. Herodem, Ascalon: & filium ejus Archelaum, lupo belluæque sanguisugæ, comparavi) sed etiam, quia lupæ, & scortilla, generi Herodiano hujc (& quidem Agrippæ Senioris istius) non defuerunt. Tres enim habuit sorores Agrippa Junior, (adeóque filias, Agrippa Senior): & hic ipse Senior, sororem Herodiadem, Herodis Antipæ illegitimam, & incestam, uxorem; cujus Herodiadis filia fuit, illa saltatricula, ad cujus preces S. Joannis caput de cervice desiliit, Marci 6. à v. 16. Quales itaque mulierculæ hæ duæ Herodianæ fuerint; novit omnis Ecclesia. Filiæ verò Agrippæ Senioris, & Agrippæ Junioris sorores, erant, Mariamne, Drusilla, Berenice. Harum, Mariamne, nuptui tradita Julio Archelao, Chelciæ filio. è quo postquam filiam suscepisset, Berenicem juniorem; relictô, post aliquantum temporis, Archelao, Demetrio adhæsit, ac nupsit, (vivente etiamnum priore maritô), Demetrio, inquam, alabarchæ, seu, rei Salinariæ præfecto, Alexandrino. Altera, Agrippæ Senioris filia, Drusilla, fœminarum totius Orientis formosissima; tantæq; pulcritudinis, ut ei soror Berenice multùm invideret; & Cl. Felix, Judææ præses, Simonem Cyprium magum immitteret, qui eam ad se pelliceret, & in amorem sui pertraheret. Hæc, Epiphani primò, regis Antiochi filio, desponsa; dein Emesenorum regi, Azizo, propter eam circumcidi se passo, collocata: post haud mul-

multum temporis delinita blanditiis & incantamentis Simonis Cyprii, ad Felicem, S. Pauli judicem, transiit; Azizi regis thalamô relictô. Felicis quoque promissis ingentibus inducta, religionem patriam ejuravit: è Felice susceptum filium, Agrippam nominavit; qui postea, Titô rerum potiente, in celebri illo Vesuviano incendiô, quo Plinius major periit, & ipse cum uxore conflagravit. Joseph. Antiqq. l. 20. c. 5. Et hæc est illa **Drusilla**, *coram qua S. Paulus, præsente etiam Felice, tam potenter* **de Justitia, & Judicio futuro, & Castitate**, *Cæsareæ declamavit; ut exsternatus Felix, abrumpi sermonem, ac finiri, juberet: nullô, nec suô, nec Drusillæ, conversionis speratæ fructu. Actor. 24. à v. 24.* **Berenicês** *denique libidines, & futilitas, notæ sunt ex nota superiore.* **258.** *En ergò,* **lupinum** *genus* **Herodianum**, *etiam in* **fœminis**! *ob quod proinde decus,, Mariamnês, & Drusillæ, & Berenicês, (filiarum Agrippæ senioris) statuæ, mortuô patre, à Cæsareensibus, ac Sebastenis, tractæ sunt in* **Lupanar**: *& illic fœdissimè illusæ. Joseph. l. antiq. 19. c. 7. (264) Liberîs utriusque sexûs: quos Agrippa hic Senior post se reliquit: (quôsque notâ 258. & notâ 263. vidimus.) (265) Iram, furorem. suprà, ad l. 2. (266) Agrippa hic (Senior, inquam) majorum suorum successionis in regnum spe, jam indè à morte patris sui Aristobuli, (quem Herodes magnus interficiendum curavit), dejectus; & in Judæa ad Tiberiadem, urbem Galilææ, & magis Romæ deinceps, privati sorte conditionéq; vixit: etsi, aliquam-*

dies

diu ſumptibus, & cultu regiorum filiorum, ac **pur-**
pureâ *veſte, uſque ad captivitatem ſuam, utens; præ ſe ferret, & creparet,* **regnum**: *quod nemo tunc illi dabat. In extremam igitur lapſus inopiam, de nece quoque ſibi conſciſcendâ cogitare cœpit, ut Joſephus teſtatur l. 18. antiquitt. c. 8. Prolapſus autem inſuper in offenſionem, & indignationem, Tiberii Cæſaris; quòd hujc celerem vitæ finem, & Cajo Caligulæ imperium, expetiſſe ferretur; à Tiberio in cuſtodiam conjicitur :* **ferreâque catenâ gravi** *conſtringitur. ubi tamen non ceſſabat clam odiſſe Tiberium; colere verò Caligulam: à quo poſtea ſucceſſor in tetrarchiam Philippi mortui, cum titulo* **regis**, *deſignatur; Tiberiô tandem extincto.* (267) **Cuſtodiâ** *eductо Herodi Agrippæ Seniori,* **Caj. Cæſar** (*Caligula*) *demi* **catenam** *juſſit* **ferream**, *à Tiberio quondam illi injectam.* (268) *Fuſſit autem, è diverſo, Cajus, Agrippæ in collum injici* **catenam auream**, *ejuſdem cum ferrea ponderis. Ipſéque ſuâ manu coronam auream capiti Agrippæ impoſuit, annô ſtatim primô Imperii. Unde Agrippa erectior ad altiora, ſecundô Imperii. Caji, ac ſui pariter regni, annô; impetratô commeatu, profectus eſt in Palæſtinam, ad componendum regni ſui ſtatum: repentéque, incogitantibus omnibus, apparuit novus Rex; humanarum rerum viciſſitudinis vivum, ac portentoſum, exemplum, & documentum. Joſeph. l. eod. Antiquitt. 18. cap. 8. f. & Baron: in ann. Chriſti 39. n. 2. Eodem verò illo anno. 2. Imperii Caji, & regni ſui, Agrippa à Cajo augetur, etiam tetrar-*

trarchiâ Herodis Antipæ; regnô ſuô ejecti, cum Herodiade, & filiâ ſaltatriculâ. Joſeph. l. 18. antiquit. c. 9. Baron. in ann. Chr. 40. n 2. Spond. (269) *Cajô Caligula, imperii ſui 4. annô, è vivis ſublatô, Claudius Cæſar, ſucceſſor ejus, Herodem Agrippam Seniorem, jam antè regem inſtitutum tetrarchiarum Philippi, & Herodis Antipæ, patruorum ſuorum; Romæ (quò Agrippa, adhuc vivo Cajô, redierat; & aſſentationibus ſuîs, atque magnificis epulis, Auguſtorum ſibi gratiam auxerat,) auget regnô inſuper Judææ, ac Samariæ, & Abylenæ; tributîsque Cæſaréæ Palæſtinæ. Joſeph. antiqq. l. 19 c. 4 &c. Baron. in ann. Chriſti 43. n. 4.* (270) *Cuſtodia Romana; in quam conjectus fuerat à Tiberio.* (271) *Accusârat enim illum, & reum fecerat, apud Tiberium, libertus Agrippæ Senioris, Eutychus nomine. Joſeph: l. 18. c. 8. antiqq.* (272) *In privata namque adhuc fortuna, Romæ ad obſequia ſteterat Druſi,* (*filii Tiberii Cæſaris,*) *& Antoniæ Senioris, & Caji Caligulæ, præteréque quorundam Cæſaris libertorum; & alibi, Flacci, Syriæ præſidis: ut Joſeph. Antiqq. l. 18. cap. 8. tradit, & Baron. in ann. Chr. 39. n. 2. Spondan. Ad Summam! diu miſer, & extorris regnô, patriâque, & omnium eorum aſſecla, à quibus ſperaret aliquid, Agrippa Senior fuerat. ut adeò de ipſo, poſtea in regnum miſsô, ex Italia, meritò transferri verſus illi, in Tiberium à quodam Satyrico ſcripti, poſſent, apud Tranquillum, in vita Tib. cap. 59.*

Aſpice felicem ſibi, non tibi, Romule, Syllam:

Non ſemel infectas aſpice cæde manus.
Et dic; Roma perit! Regnabit Sanguine multô,
Ad regnum quiſquis vênit ab Exilio.

(273) *Ut infra docebunt acta mortis ejus, & interitûs cauſſæ.* (274) *Feroſolymorum arces, prætoria, palatiaque. Quale fuit Herodis Senioris, & Herodis Antipæ. Græcis, & maximè Pindaro, πρυτανεῖα ſunt, amplæ quævis, & Heroicæ, ædes.* (275) **Centum boum**, *vel ſaltem agnorum, aut denique 100. pedum bubulorum, id eſt, 25. boum, victimam. Eſt enim* **hecatombe**, *vi preſſâ vocis, & originis, omni centuriæ victimarum ad aras, commune vocabulum.* (276) *Hæc enim omnia fecit hic Agrippa, ad demerendos ſibi hac ratione ſubditorum animos. unde profecta etiam oſtentatio credi poteſt illa, quâ torquem illam, à* **Cajo** *ſibi donatam, auream, in templo ſuper* **Arcam teſtamenti** *ſuſpendit; & omnium oculis ſubjectam, admirationi reverenti expoſuit. Joſeph. l. 19. antiqq. c. 5. tam de Sacrificiis, quàm catenâ aureâ.* (277) *Judæorum Moſaica. Joſeph. ibid. & alibi inferiùs.* (278) **Chriſtiani**, *qui primò omnium ſic dici Antiochiæ Syriæ cœperunt; ii* **Jeroſolymis**, *& in omni Palæſtinâ Phœniciâque, diu admodum* **Nazareni** *(velut & ſuperiùs ad naufragium Paulinum adnotavi) ſunt appellati, à Jeſu Nazareno. Erat porrò, ſicut ad l. 1. animadverti,* **Nazarethum**, *locus floridus, compaſcuus, ac nemoroſus, infrà, & in vicinia: ut &*

Steph.

Steph. Gumpenbergius *agnoscit; qui annô* 1450. *die* 21. *Januarii locum præsens inspexit. Fam ergò præmissis, ac præcognitis his,* **Nemus Nazarenum**, *allegoricè, est* **Ecclesia sancta Christi**; *Grex nemoris Nazareni, sunt* **Pii fideles** *Christi.* (279) *Pro Christo vitam ponere parata; qui rex est, & Pastor supremus, Ovilis Ecclesiæ orthodoxæ. Joan.* 10. **Ego sum pastor bonus.** *v.* XI. **Fiet unum ovile, & unus Pastor.** *v.* 16. (280) *Inter tres Apostolos, Christo familiarissimos, & secretissimorum quorumque negotiorum conscios, testes, & arbitros; Petrum, ajo, Jacobum, & Joannem.* (281) *S. Jacobus Major, tam potenter, fervidéque, de Christo populis loquebatur; ut in audientium aures, & corda, non magis verba, quàm* **trisulcos ignes**, *seu* **fulmina**, *jaculari videretur. Ideóque à Domino in antecessum ipse, & frater ejus, S. Joannes, dicti sunt* **Boanerges**, *hoc est,* **filii tonitrui**, *i. e.* **duo Fulmina** (**belli**, *contra mundum, & Principem scelerati mundi, Sathanam, gerendi.*) *E* **tonitru** *namque gignitur, aut paritur,* **Fulmen.** *vide Marci c.* 3. *v.* 17. *Quocirca, præ cæteris Apostolis omnibus, ceu Christi ardentior præco, ab Herode Agrippa Seniore, raptus est ad lanienam, è toto grege, S. Jacobus iste.* (282) **Promiserat**, *aut, ut Alemanni loquuntur,* **hat das Wort von sich geben**; *se, unà cum germano suô, mortis pro Christo oppetendæ vires & animum habere; & verò, factô ipso præstiturum. Interrogati quippe, Matth.* 20. *v.* 22. *& Marci* 10. *v.* 38. *& 39. de conditione obtinendi primatûs*

matûs ſedium in cœlo, **Poteſtis bibere calicem, quem ego &c.** *reſponderunt unâ mente, vocéque,* **Poſſumus.** *&* *audierunt vaticinium,* **Bibetis.** *ut & factum eſt: bibente* Jacobô *Feroſolymîs;* Joanne *Romæ, ante portam Latinam.* (283) *Ad* **Coapoſtolos** *hæc refer; nec extendas ad omnes generatim primævos* **Chriſtianos** *: cùm è* 72. *diſcipulis* S. Ste**phanus** *protomartyr, integrô ferè decenniô, hoc eſt, annô Chriſti* 34. *die* 26. *Decembr. præceſſerit mortem* S. *Jacobi Apoſt. qui occiſus eſt ab Agrippa annô Chriſti* 44. *ante Paſcha.* (284) **Videns, quia placeret Judæis.** *Act.* 12. *v.* 3. (285) **Herodes Agrippa.** *cui majori jure congruit* **Carnificis** *titulus, quàm Alexandro M. vel Romanis, (in epiſtola Mithridatis ad Arſacem),* **Latronum** *mundi, ſeu* **Gentium omnium.** (286) *Herodes Agrippa Senior.* (287) *Multitudini, ac cœtui. ſicut Cicero,* **Tuam cauſſam egi tantâ contentione, quantum forum eſt.** (288) *Magni Concilii, ſeu Conſiſtorii ſacri* 72. *Seniorum, quod Græci* συνέδριον, *Hebræi* **Sánhedrim magnum,** *vocant. De hoc, ut & de Parvo Sanhedrim, hoc eſt,* 23. *duntaxat virorum, vide Cæſ. Baroni: in an. Chriſti* 31. *n.* 5. & 32. *n.* 5. (289) **Sacerdotum.** *Horum enim erat candida, è lino, vel ſerico, tunica talaris; Hebræis, Joſephi ævô,* **Chethómene** *dicta. Joſephum vide, libro tertio antiquitatum Judaicarum, capite* 8. *Et Levitici capite decimo, verſu* 5. (290) *Multi erant,* & **Judæi,** *primîs ſtatim Eccleſiæ temporibus, qui, omiſſâ inſectatione Chriſti, ceu jam ex*

oculis sublati, in Petrum ac Paulum ferociùs incurrerent; tanquam legis cujusdam novæ, & Moysis sanctionibus contrariæ, sive auctores, sive promulgatores; ut elucet ex Act. Apost. c. XI. à v. 1. & cap. 21. v. 28. &c. & c. 24. v. 5. Et postea gentiles, vulgò credi volebant, Christianitatis religionem sacrilegam (ut ipsi nominabant eam) absque culpa Jesu Nazareni, sed solis maleficiis Petri, in die Pentecostês, Idibus Majis, (quibus Spir. Sanct. missus est) introductam fuisse in orbem terrarum: cujus præstigiis effectum fuerit, ut, (dissimulatione conniventiâque Jovis, & Deorum), Christi nomen colendum sit ex Oraculo, nescio quo, versibus Græcis conscriptô, per 365. annos: neque tamen ultrà. Eô namque annorum numero expletô, (cujus initium sumebant à Pentecoste, seu Idib. Maji, anni Christiani 34.) finem illicò habituram, dicebant, omnem Christi religionem, in toto orbe: annô videl: 398. Idibus, seu 15. Majî. Quod totum tamen falsum, cecidit in contrarium: ut scil. & Christianitas stet adhuc; & annô, post illum fatalem conflictum, proximô (qui fuit Christi 399. annus Imperii Arcadii & Honorii 5.) quæ supererant Deorum gentilitiorum templa, destructa deletáque, cum DIs suis, fuerint. Quæ clarè tradit S. Augustin. l. 18. de Civit. Dei, c. 53. & 54. & Cæsar Baron. in ann. Christi 313. (quo Oraculum illud mendax, sub 8. Constantini Magni annum Imperii, emersit) & rursus in ann. Chr. 398. & 399. Ex his, ità adnotatîs, videas; Quantâ Petrus in æstimatione fue-

ne fuerit, apud & Judæos, & magìs apud Idololatras, licèt infensos ei: Tanquam non tam **Christus,** *quàm* **Petrus,** *illâ suâ prima ad Jerosolymitas concione, die Pentecostês habitâ, Actor. 2.* **conditor** *auctórque extitisset invisæ religionis Christianorum,* **contrà** *Judaismum, & Gentilismum, (ut vocant), quæ plusculis proinde adnotari, visum est pretium operæ.* (291) *Non enim Judæi Jesum Nazarenum, nisi falsum, & confictum* **à** *discipulis suis, Deum, ducebant; & ut talem, disseminabant. lege cap. Joan. 10. v. 33. & Matth. c. 27. v. 63. & cap. 28. v. 12. usque ad v. 16. exclusivè.* (292) *Sacerdotii veteris Judaici Pontifex primus erat Aaron. Hic sacrum, è mandato Dei, semper* **Ignem** *fovebat: &* **Ignem** *offerre,* **Alienum** *ab Aaronico, filiis etiam ipsius, Nadab & Abiu (nedum exteris) fuit exitio. Numer. 3. v. 4. & Levit. 10. v. 2. &c. De hostiis quoque crematis in altari,* **à** *sacerdotio Aaronico, ibid. Levit. 10. v. 15. & v. 16. & alibi passim: ubi de holocaustis.* (293) *In Ægypto, &* **campo Taneos,** *ut loquitur psalmus 77. v. 12.* (294) *Scipione, seu baculô, pastorali: quem secum è pascuis ovium Jethronis, sacerdotis Madian, efferens Moyses; omne genus mirandorum patravit.* **à** *cap. 4. v. 2. libri Exodi, &c. quæ etiam* **virga devoravit virgas Magorum,** *seu Incantatorum Pharaonis, Jannis & Mambræ. Exod. 7. v. 11. &c. & 2. ad Timoth. 3. v. 8.* (295) *Infernalis. suprà, sæpe.* (296) *Vis, & operatio præstigiarum, dæmonum cooperatione & synergiâ promota.* (297) **Claudis,**

verbô

verbô Petri restitutis rectitudini ac robori tibiarum. Actor. 3. (298) Actor. 9. v. 40. in vitam revocatâ Tabithâ Joppensi. (299) Dictio, **Corpora**, hôc locô non est **Dactylus**, ut cuipiam videri posset; sed est **Amphimacer**, seu **Creticus**, ex longâ, brevi, & longâ, constans, ut *Martios*, carceres &c. ideóque duæ syllabæ posteriores, non pyrrhichium constituunt, sed Jambum, propter sequentis dictionis primam longam ab St, per modum Positionis (quamvis in diverso vocabulo) inchoatam. de qua disceptatione cum cura disserui in **Otiis nemoralibus.** Siquis autem exemplũ hic quoq; desiderat; en, Virgilii, lib. 9. Æn. in Sc. quod idem est. **Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.** Valerii Martial. l. 5. **Quid gladium, demens, Romana stringis in ora?** Quin & mutâ cum liquida sequente, vel Sc; etiamsi prima sequentis dictionis sit naturâ brevis, tamen amphimacrum ex dactylo, vel spondéum è Choréo, efficiunt poëtæ, ut Senecæ Thyest. Act. 2. ante fin.

Leve est, miserias ferre: perferre, grave.

Et ità legit etiam Corpus veterum poëtarum. v. 306. Et Hippolyt. Act. IV. ante med. **Immugit: omnes undique scopuli adstrepunt.** versu 1023. & Herculis Furentis Act. 4. sc. 1. **Hiémsque gelidô frigida spatiô refert.** (300) Ut corpora Ananiæ & Sapphiræ, voce Petri increpita; ob sacrilegam, & Spiritui Sancto mendacem, avaritiam, continuò sunt exanimata. Actor. 5. à v. 1.

(301) *Calumnia in Petrum, ob eductionem omnium 12. Apostolorum è custodia publicâ, per Angelum factam; historiâ proximè præcedente. ex Act. 5. v. 19. & seqq.* (302) De *efficacia* Umbræ *S. Petri, ad pellendos morbos, habes Actor. 5. à v. 15.* (303) *Oculorum vividam aciem: vel, Usum lucis vitæ hujus; alioqui, ne vi morborum extingueretur, periclitantem.* (304) *Dubium vix est; quin inter tot, umbrâ prætereuntis Petri sanatos, fuerint & aliquot, oculis priùs, vel capti, vel debilitati. ex Act. 5. v. 15. & 16.* (305) *Omnes hæ S. Petri accusationes procedebant ex* Invidia *pontificum, & sacerdotum, ac Pharisæorum: sicut ante decennium adversùs Dominum ipsum, Matth. 27. v. 18.* (306) Judæorum, *Abrahami posterorum.* (307) *Vernalis enim mensis, erat mensis ille, quo Pascha celebrabatur: concurrens cum parte aliqua nostratis Martii, & cum parte Aprilis; sic, ut Quinquagesimus à Pascha dies posset incidere in Idus Maji, seu 15. illius diem, quo Pentecoste complebatur; juxta ea, quæ dixi supra de Oraculo ementito Gentilium, notâ 290.* (308) Mensis, *omnium anni mensium, apud Hebræos,* primi: *qui,* Nisan *dictus, cum parte Martii nostri concurrebat: ut modò dixi.* (309) Decimâ quartâ *namque* die mensis *Nisan,* ad Vesperam, *debebat initium fieri celebritatis Paschalis: utì præceptum illis fuerat Exodi 12. à v. 6.* (310) *Agni Paschalis immaculati; qui mactabatur, ut figura Agni Dei, tollentis morte suâ peccata mundi. Exodi c. 12. à v. 3. & seqq.* (311) *Sanguis enim*

agni

agni immolati ponendus erat super utrumque postem, & in superliminaribus domorum omnium; in quibus comedebatur agnus, assatus igni. Idque fieri debebat **ab omni multitudine filiorum Israël:** *ut scil. rubricarentur domus omnis regionis Judaicæ. Exod. 12. v. 6. & 7.* (312) *Genitivum*, **Paschæ**, *sicut* **Musa, æ**, *in prima declinatione, rectiùs scribi (tametsi neutralis sit generis) quàm* **Paschatis** *in tertia Inflexione, ut* **thema, atis**; *satìs innuit Emanuel, notis ad Genera Nominum Primæ Declinationis in A.* (313) *Exodi 13. de festo Azymorum (& id erat Pascha) præcipit Deus, v. 6.* **Septem diebus vescéris azymîs.** *& v. 7.* **Azyma comedetis septem diebus. &c.** (314) *Ad festum Paschæ, ex omni undique Judæa, & Galilæa; postremisque temporibus etiam ex Idumæa, concurrebatur Jerosolymam, à 12. tribubus filiorum Israël.* (315) *Sacrificulos, & Levitas, singulorum oppidorum.* (316) *Jerosolyma.* (317) **Terra Juda;** *quatenus distinguitur à Galilæa, & ab aliis* 10. *tribubus omnibus; quæ olim cum tribûs Benjaminiticæ terra, unum regnum constituebat; quod, terra, vel regnum,* **Juda** *dicebatur. Apud profanos verò scriptores, ferè* **Judæa** *dicitur, universa Chanaanitis, extra Idumæam & Phœniciam sumpta: præeunte etiam utcunque Davide (qui omnes* **12.** *tribus adhuc solus habebat) psal. 75. v. 1.* **Notus in Judæa Deus, &c.** *Hæc porrò Regio (***Juda***, inquam,) oppida & urbes antiquitus multas & insignes habuerat; &, caput urbium,* **Jerosolymam:**

décora urbium, Jerichuntem, Hebronem, &c. (318) **Idumææ**, *per* **Joan.** *Hyrcanum Machabæum, ad Judaiſmũm perductæ.* Dicitur **Edom**, & **Idumæa**; & **Idúme, ês.** *ſuprà, ad l. 1. de Eſau, & ad l. 2. de* **Job.** *&c.* (319) *Galilæa, mitiſſimi paſſim ſoli, quondam ſaltem,* (*Joſepho teſte l. 3. bell. Jud. cap. 4.*) *patiens erat aratri, culturæq; per* **boves.** (320) *Regionem, cujus ſitus Adrichomio eſt, inter Eleútherum, & Jordanem, fluvios, per obliquum, ad Libani pedem citeriorem incipiens: ſi* **tabulæ** *illius* **generali** *fidendum eſt, Totius* **terræ Promiſſionis.** *Eundem ſitum tribuit* **Iturææ** *idem ſcriptor, in tabula* **Nephthalim,** *& num. 60. ubi tamen, eam in longum extendi, ait, ab ortu in Occaſum: & ipſe quoque eam extendit uſque in tribum* **Aſer;** *& adeò, ultra funiculum ſortis Nephthalim. Cui conſentiunt & tabulæ duæ Joan. Fanſſonii, totidémque Nicol. Joan. Viſſcheri. E diverſo, binæ tabulæ diſtinctæ Tillemanni Stellæ Sigenenſis,* **Ituræam** *locant trans Fordanem, ad ortum ſolſtitialem æſtivum: adnectúntque eam* **Trachonitidi,** *regioni aſperrimæ, &* **inarabili.** *Cui ſententiæ geographiæque magìs aſſentior; partim ob Stellæ auctoritatem annoſiorem: partim, ob Strabonis teſtimonium, l. 17. dicentis,* **montanam regionem** (*qualis ſanè eſt* **Trachonítis,** *& ejus vicina plaga*) **habere Ituræos, & Arabas:** *partim, quia Plinius quoque l. 5. natur: hiſt: ait;* **in parte Syriæ, quæ Cœle** (*id eſt,* **Cava,** *trans Jordanem poſita,*) **dicitur, eſſe gentem Ituræorum.** *unde & Carol. Steph.* **Ituræos,**

ait,

ait, populos esse Syriæ-Cœlês, in Arabiam vergentes: qui accolas, planitiei habitatores, perpetuò infestent. *Arabia autem cis Jordanem nulla; ultrà, tota est.* *Hos* **Ituræos** *Aristobulus rex, Joan. Hyrcani filius, ad Circumcisionem minîs perduxit; & Philippus tetrarcha postea rexit. Lucæ 3. initiô. Denique nec Adrichom: tandem dissimulat, in Nephthal. n. 60.* quosdam de situ Iturææ, alterius esse, diversæq; à sua, sententiæ. *Id saltem vulgò constat; regionem fuisse montosam, scopulosam, & asperam; difficilisque culturæ. Hebraicè,* **Chamat** *dicebatur. Tillemannus in secunda tabula.* (321) **Rutrum**, *instrumentum est rusticum; quo arena, vel terra, eruitur; & humus montanorum agrorum, ac lapidosarum vinearum, proscinditur. diminutivô illius utitur Lucilius.* **Frumentarius est: medicum hic secum, atq; rutellum Unum affert** — *Ubi videas, hujus vocis primam syllabam corripi.* (322) *Testamentum vetus; & Mosaicæ legis observationem.* (323) *Ad templum Jerosol: in monte* **Mória** *exstructum: qui (ut & alibi adnotavi) nonnunquam & ipse,* **Sion** *reperitur appellatus; &, ob conjunctionem, (post voraginem Mello, aliquando interjacentem, postea impletam, & coæquatam) cum* **Sione**, *in nominis societatem & communionem admissus.* (324) *Orientalium Judæorum, qui in Arabiis,* **Chaldæâ**, *Assyria, Parthiâ, Persiâ, &c.* **habitabant inter gentes:** *utì colligitur ex Act. 2. à v. 9.* (325) **Africana:** *de quibus terris, ceu coloniis Judæorum, Act. 2. cit. v.*

10. *dicitur*, Ægyptum,& partes Libyæ,quæ eſt circa Cyrénen. (326)*Judaiſmus* : Hebræorum, & proſelytorum natio univerſa,*Gerim,Hebraicè dicebantur; qui* Græcis προσήλυτοι; *de gentibus ad Judæos ſe transferentes:Latinis*, Advenæ. *de quibus Actor.* 2. *v.* 10. *&v. XI.* Judæi quoque, & proſelyti. (327)*In quo Agrippa,tanquam admodum amplô, ac ſpatiosô , deſtinabat* Petrum *è medio tollere. de quo infrà notâ* 351. *dicam.* (328) *Convitium eſt Agrippæ,in caput* S. Petri: *quod,cùm in ſenio calvum fuerit, probabile eſt; jam tum calveſcere paullatim cœpiſſe.* (329) Petri: *quem , ob* παιδαυματουργίαν, *calummia Judæorum , ut* πανοῦργον, *& necromanten , diffamabat.* (330) Herodes *Agrippa,ſenior.*(331)*Carcerem arcuatum, ſeu laqueari clauſum,ac tectum.* (332) Inferni. *cujus fluvius , aut lacuna , eſt* Lethe. *ſuprà.* (333) Herodianus Carcer *dictus à Chriſtiano Adrichomio, in Indice; & in Jeruſalem. num.* 139. *erat enim in palatio regio,quod Herodes Aſcalonita exſtruxit ; in parte Jeroſolymæ illâ,quæ* Secunda Civitas *dicebatur : versùs Occidentem.* (334) *Ni Deus prohibeat , & avertat ſupplicium ſupremum à* Petro. (335) *Furias ſuas, & crudelitatem.* (336) *Agrippæ Seniori; qui avum habuit Herodem Magnum, patrem Ariſtobúli.* patronymikῶς ponitur, *ab* Herodes, is, *tertiæ declinationis Latinorum, deductum* Heródides : *cujuſmodi patronymica Emmanuel ait, à dativo ſingulari nominum* 3. *declinationis*

tionis deduci, additô DES. *non autem ab* **Herodes, æ,** *primæ declinationis. Tunc enim* **Heródades** *dicendum esset, (insuetè sanè, & inauditè,) sicut ab* **Hippotes** *fit* **Hippótades.** *aut,* I , *ante A. positô,* **Herodíades** (*sicut ab* **Anchises, Anchisiades**). *sed tunc æquivocum esset cum* **Herodiades, um,** *plurali etiam fœmininô, ab singulari* **Herodias, adis, adi.** (337) **Quatuor quaterniones militum,** *universim sedecim.* (338) *Quaternio namque militum, alius ex alio, succedebant in circulum, sibi fixum.* (339) *Meridiei ardentissimô æstu: qualis, & quantus sanè in Judæa interdiu esse, jam Veris tempore, consuevit; etiamsi noctu frigus sit. Joann. cap. 18. v. 18.* (340) **In hortis Hesperidum,** *insomnî, & inconnivâ, oculorum acie, mala in arboribus aurea custodiens. Hi porrò* **Horti** (*qui mihi videntur fertilitate celebres fuisse pomorum, quæ vulgus poma Nerantia, &, propter colorem auri, Aurantia, appellat*) *collocantur à Plinio, in regione Lotophagorum; inter Cyrenaicam, & Cinyphiam, regionem totius Africæ fertilissimam; supra Philænorum vicum & aras, in Austrum. apud Ortel. in* **Africa, propriè dictâ.** (341) *Carcerem; & turrim, ex omni parte clausam.* (342) *Theatro & pegmati; quod exstruendum erat, ubi plectendus esset Petrus.* (343) *Stella vespertina. Incipiebant enim Hebræi solemnitates suas, à pridiana vesperâ: ut elucet è l. Exodi c. 12. v. 6. & Matthæi 28. v. 1.* (544) *Panũ dulciũ, sinè fermento pinsitorum; quos per 7. solidos continuósq; dies ac noctes paschales edi oportebat.*

tebat. (345) Azymos. *Juxta illud* S. *Jobi cap.6.v.* 6. Aut poterit cómedi insulsum, quod non est sale conditum ? (346) *Septiduum paschale.* (347) *Fermento carentibus, & lactucis agrestibus. Exodi 12.v. 8.* (348) *Supplicii, ei inferendi.* (349) *Pontifices enim, & Pharisæi, & Sadducæi, adversùs Apostolos inflammabant plebem ; sicut & antehac adversùs Christum. Marci 15. v. XI. & Act. 5. v. 17. &c.* (350) *Præsides sacrorum Judaicorum.* (351) *Forum* rerum venalium ; *quod erat Jerosolymis in superiore parte* Civitatis Inferioris, *ad occidentem urbis : ubi* Jacobitæ Armeni *hodie templum habent ; quod imprimis magnificum illic antiquitas Christiana condidit memoriæ S. Jacobi Majoris : eô ipsô in loco, in quo is capite, unà cum lictore suo conversô, plexus fuit, non ità multò ante Paschа. Idem locus parabatur supplicio quoque Petri. Vide Adrichom. in sua Jerusal. num. 47.* (352) *Vixdum enim adhuc satìs arefacta erant, & abluta, vestigia sanguinis S. Jacobi, paullò ante Paschæ dies effusi.* (353) *In regis Herodis Agrippæ Senioris carcere. Ubi observes : Tametsi rex hic, regni sui postremîs præsertim annis, habitare sit solitus non ferè in Herodis Ascalonitæ, avi sui, Regiâ, ceu Palatiô, (in quo Carcer hic S. Petri erat, in* Secunda Civitate *) ; sed in* Palatio Machabæorum, *quod ipse sibi suam in sedem ac* Regiam *aptavit, & magnificè amplificavit,* in Civitate, *quæ dicebatur* Inferior ; *ut Adrichom: docet, in sua Jerusalem, num. 56: Petri tamen ad inclusionem, uti voluit*

luit Carcere Palatii Herodis avi, utpote tetriore, munitioréque: quoniam erat in Stratópedo, seu quasi Castris; cuj loco nunquam status miles deesset, ad custodiam arctiorem. Adrichom. vide, in sua Jerus. num. 139. (354) Subterranei. Utuntur hôc vocabulô Græcô, etiam Latini, iique culti styli, scriptores: & quidem etiam Substantivè. Arbiter, in Ephesiâ. Positum in hypogæo, Græcô more, corpus custodire, ac flere, cœpit. (355) Pes primus, est Procelevsmaticus. (356) Prædictio, (qubnam genere mortis, Christum, & Deum, clarificaturus esset S. Petrus) facta est à Christo Domino, post piscationem ultimam jam factam; in ipso littore Galilæi maris. Id enim ipsum, erat Mare Tiberiadis, quo vocabulô S. Joan. utitur cap. 21. à v. 1. historiam ejus vaticinii enarrans. (357) Vaticinii futurorum, & oraculi eventuum. hinc, Sortes consulere, est, interrogare oracula. Edere sortes, est, respondere consulenti. (358) Verba Oraculi Christi, Petro editi, fuerunt ista; Joan. 21. v. 18. Amen, amen dico tibi: Cùm esses junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas. cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget; & ducet, quò tu non vis. (359) S. Petri crux, necessariò Quatuor habebat ἄκρα, seu extremitates: 2. scil. pro manibus duabus: unâ pro pedibus; & unam demiq; pro capite; quod, deorsum constitutum, terræ figi nequisset, sinè quartâ ligni extremitate, prominente. (360) Omnes

hoc

hoc 4. *Evangelistæ produnt: ad interrogationem videlicet* ostiariæ *perterritum, cœpisse negare Petrum;* se nôsse Christum: *Tertiámq; negationem, conjunctam fuisse anathematibus quoq;, &* juramentis, *S. Marcus refert, c. 14. v. 71.* (361) Petri; *cui dictum à Christo,* Pasce agnos, pasce oves meas. *Joan. 21. suprà cit.* (362) *Loca dormorum* abstrusiora: *penetralia, non cujuvis tunc adeunda,* (propter metum Judæorum); *vel aditu facilia.* (363) Immobilitas *ejus, & in posterum* indeficiens fides illius, *de qua dictum;* Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. *Matth. 16. v. 18.* (364) Ecclesia; *quæ adhuc in terris,* & militans, *erat, & de qua hymnus canit Dedicationis:* Quæ celsa de Viventibus Saxis ad Astra tolleris, &c. (365) *Ecclesia.* Sæpe namque sacris in eloquiis, nomine Regni cœlorum, vel Regni Dei, Regníq; Christi, Præsentis temporis Ecclesia, notatur: ut indicat S. *Gregorius Magnus, homil. 12. in Evangel. de 10. Virginibus.* (366) *Usq; in finem mundi.* (367) *Orabant enim pro Petro,* (*& maximè quidem,*) *S.* Jacobus *minor, Jerosolymorum Episcopus; & omnes Apostoli cæteri,* Principes super omnem terram constituti. *Psal. 44. v. 17.* (368) *Angelos.* (369) Septiduum *Paschalis sollemnitatis: quod Hebræis præcipiebat lex, Exod. 13. v. 6. & 7.* (370) *Totum Paschæ, ex primô suî institutô, refricatio erat beneficii, quo Deus Israëlis populum, eductum ex Ægypto,* (*cujus universa primogenita truci-*

trucidaverat) *deduxerat per* mare Rubrum, *sive*, Sinum *Arabicum*, *siccô pede*. *Exod. 13. v. 14. & seqq.* *Hebraica vox*, Pasach *est*, (*ait Emman. ad I. declin. nom. in A*), transitum *significans*: *ubi nos* Pascha *dicimus*. (371) *Qui agni, tantô numerô & per universas domos, post Pascha, jam non mactabantur*. (372) *Allusum ad illud Christi*, Joan. 14. v. 25. Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. (373) *Petro, pastori gregis; Christi Vicario*. (374) *Juxta illud Psal. 26. v. antepenult.* Mentita est iniquitas sibi. (375) Stellâ Vespertinâ: *ad* crepusculum *vespertinum*. (376) *Urbi Jerosolymorum, maximam adhuc partem incredulæ*. (377) *Herodes Agrippa, Judæis placere per omnia cupiens, Supplicium Petri, postridie exhibendum, non Græcis verbis* (*cujusmodi vox* πέτρος, & πέτρα, *est*) *sed Judaicis, aut Syriacis, promulgaverit, non sinè* Tubâ: *more vetere quarundam gentium, apud S. Joan. Damasc. in vita Josaph: & Barlaam, cap. 6. §.* Mos enim erat. *ideóque* Cephæ *vocabulo præcones usi sint; non*, Petri. *Sic & Christus Joan. 1. v. v. 42.* Tu vocaberis Cephas. *& S. Paulus 1. ad Corinth. 1, v. 12.* Ego quidē sum Pauli. &c. ego verò Cephæ. *& ad Galat. c. 2. v. 9.* (378) Senioribus populi: *de quibus passim in Evangeliis, ceu* hostibus Christi, *& discipulorum ejus: Matth. 26. v. 3. & c.* (379) *Jerosolymam: quæ* quadrifida *erat civitas. Adrich. vide in tab.*

Jerusal.

Jeruſal. (380) Supplicii. (381) *Judæorum, ex Isaaco æquè, atque* Abrahamô, *deſcendentium. Buchanano quoque non ignota vox; & vocis Quantitas.* (382) *Area, in qua ſublatus è vivis S. Jacobus Major fuerat, & tunc è medio tollendus putabatur Petrus,* Forum *erat* rerum venalium; *forum piſcarium, frumentarium, &c. ſuprà, ex Adrichom. in Jeruſal. num.* 47. (383) *Theatro illi, & areæ; de qua modò dixi.* Arbores *autem in areis, ac platéis urbium publicis, proſtare, tam nudè, quàm ædibus adjunctas; non ſola Jericho docet, arborem habens ſycomorum, quam Zacchæus aſcendit,* Chriſto *urbem perambulante, ceu viæ proximè impendentem: ſed & nos in urbe, vidimus, Nortgoiæ metropoli; vidimus etiam in plateis & areis pluribus hujus ipſius, in qua hæc ſcribimus, urbis palatinæ: & in aliis. Quid tam mirum ergò Jeroſolymis,* arbor, *ædibus adjuncta foro-imminentibus, habere debet? ubi* Stephanus Gumpenbergius, eques auratus, *vidit, etiam ſupra domûs tectum, agrum conſitum, vitem racemis veſtitam, & arborem amygdalum, plenè florentem, 2. die Januarii, anni* 1450. (384) *Putei erectô utrimque tignô, cui in ſummo tranſverſa trabs ſuperimponitur; ad figuram* Jugi, *vel patibuli. Alemañ:* Galgenbrunn. (385) *Machabæorum* arcem, *(poſtea Herodis Agrippæ Sen. palatium) habes apud Adrich. in tab. Jeruſ. num.* 56. ad Orientem *æſtivum, foro Venalium rerum imminentem.* (386) Speculæ. (387) *Palatium* Anáni *Senioris, pontif. non illius*

Chriſti

Christi Judicis, Joan. 19. sed alterius subsequentis: qui filium habuit synonymũ; erat ad latus fori Venal. versùs **Eurónotum.** *Adrich. in Jerus. num. 36.* (388) *A vespera, jam noctescente.* (389) *Ad diluculum postridianum.* (390) *Hujus vocis syllabam secundam corripit etiam Fl. Horat. l. 1. od. 14. Porrò, hîc de* **Somnio,** *&, quæ supra infràque, narrantur alia, figmentis condonanda sunt poëticis: tametsi in contextu S. Scripturæ taceantur.* **At in Sacris** (*inquit*) **nihil exaggerandum, suprà fidem.** *Do. sed quid horum omnium ità* **incredibile** *est; ut fieri non potuerit? Imò & sæpe factum sit?* **At, facta esse; auctoritate Scripturæ non constat.** *Esto! sed, quàm multa & Nonnus Paraphrasi S. Joannis parerga, per fictionem, intermiscet? plura Sannazarius Partui Virginis: plurima Bencius quinque martyribus suis; innumera Bidermannus Infanticidio Herodiano. Quis enim poëtis fingendi licentiam aliquando, (præsertim veri similitudine suffultam) abjudicavit aut Priscianus, aut Despauterius? Sed, si cui dubium adhuc, aut scrupulus, remanet; is Francisci Bencii (qui subinde, ornamenti caussâ, confingit, etiam, quæ miraculi speciem gerant) præfatiunculam inspiciat, operis citati, de V. martyribus, ad Lectorem: & acquiescat ei, cui plausus orbis acquievit.* (391) *Ut multi postea Christi testes, usque ad mortem: S. Concordia, S. Viti nutrix, & alii aliæque, in martyrol. Baronianô.* (392) **Naphtha,** *genus picis bituminosæ. Plinio, l. 2.* **venenum est bituminis;**

minis; *cùm succenditur, ardoris acerrimi.* (393) *Pes primus procelevsmaticus.* (394) *Petrum. suprà.* (395) *Simon Petrus.* (396.) *Herod. Agrippæ Sen.* (397) Urſæ. *ſigni cœleſtis; quod Græcis* ἄρκτος *dicitur. In hanc* Urſam cœleſtem *mutata fertur* Calliſto (*nam ità ſcribitur à Propertio l. 2. el. 28. med.*) *Lycáonis*, Arcadiæ *regis, filia, unà cum filio ſuo Arcade, Junonis indignatione: propter Jovis, cum ea, conſuetudinem, & ſuſceptum, ex ea, ſpurium.* Sed *utrumque, ſic mutatos, Juppiter fingitur in cœlum transtuliſſe: unô* majoris, *alterô* minoris *Urſæ, ſeu* Arcti, *nomina ſortitis. Unde Naſo Triſt. 4. el. 3.* Magna, Minórque, Feræ; quarum regis altera Grajas, Altera Sidonias, útraque ſicca, rates. (398) Boótes, tæ, *quaſi bubulcus, Græcis etiam Arctóphylax, i. e.* cuſtos τῆς ἄρκτου, *urſæ: eſt Stellula* (*inquit Carol. Steph.*) *juxta Urſam Majorem; quæ, more bubulci plauſtrum ſequi videtur. Aratus.* Tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra boótes. (399) *Circumrotatio, ſeu revolutio, arctophylacis,* ideò *poëtis* Pigra, *ac* tarda, *dici vulgò ſolet: quia in orbem fit; &, quia non occumbit, durat conſpicua. & idcirco motu progreſſivô minùs promovere videtur. Eſt hæc* Mediæ noctis *periphraſis.* (400) *A mediâ quippe nocte,* Luna *incipit in ſuî occubitum,* Heſperus *autem, è contrario, in ſuî reditum & exortum matutinum, feſtinare; ut* ex *Heſpero poſſit fieri* Phóſphorus. (401) Utpote fra-

fragmentis Scopulorum impositâ ; quæ in fundamentum congesta fuerant. (402) *Funestum*, & *triste, supplicii mox exhibendi: velut superiùs memini, ex S. Damasceno, in vita Barlaam & Josaphat.* (403) *Sicut ipse S. Petrus in epist. sua. 1. c. 5. v. 7. præcipit.* **Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum** (*Deum*) **: quoniam ipsi cura est de vobis.** (404) **Adamo,** *patri orbis terrarum, ut vocatur à l. Sapientiæ c. 1. v. 1. & Scilic. nostri generis parenti primo,* **somnum,** *priùs inexpertum, sed profundissimum, primus omnium Deus ipse immisit. Genes. 2. v. 21. quando costarum unam, ei subtractam,* **ædificavit in mulierem** : *ipso non sentiente.* (405) *Infernis antris.* **Erebus** *enim, poëtis pro inferno ponitur. suprà.* (406) *Nam, Petrô inter duos milites jacente ; catenæ, non illi soli fuerant injectæ, sed utrimque etiam militibus illis consertæ: ne ullô modô commovere se Apostolus posset ; nisi, illis sentientibus. Ità docet* S. *Joan. Chrysost. homil. 9. in Matth. fin.* **Duobus** *ergò, quasi* **lupis**, *agnus hic colligatus erat ; sicut* S. *olim Ignatius martyr*, **decem à leopardis,** *hoc est,* **militibus, se custoditum,** *ad Romanos scripsit.* (407) *Dexteræ manui S. Petri sic consertus erat miles, ei ad latus dexterum adjacens: ut manus sinistra captivo esset colligata; alterâ interim,* (*& firmiore*) *manu, liberâ. Apud alterum verò custodem, manus ipsius sinistra libera ; dextera, lævæ Petri adstricta erat.* (408) *Quod atrium, vocabulô*

cabulô Græcô, Stratópedon *dicebatur.* στρατόπεδον, ου. τὸ castra, *vallum.* Hæc area erat, Herodis regiam undequàque ambiens; ubi regii milites excubias agebāt, *inquit Adrichom: in sua Jerusal: num.* 139. *addit.* In hac, & carcer regis erat; in quo & Divus Petrus ab Herode Agrippa, rege, asservatus. &c. (409) Milites. *per synecdochen.* (410) θαύματα, *miracula.* est accusativ: *non* ablat: *Verè enim, sicut in Regis olim Saulis castris, Davidi insidiis,* non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & evigilaret, sed omnes dormiebant: Quia sopor Domini irruerat super eos, *1. reg. 26. v. 12. Ità tunc evénit Herodianis, contra Petrum vigilare jußis, sed altiore vî sopitis.* (411) Medúsa *omnes, qui eam intuebantur vivam, aut decollatæ quoque caput, vertebat in* saxa. *quam Perseus,* (Danaês, è Jove, *filius*), *interfecit. De hac, susè juxtà, & ingeniosè, Naso, metamorphoseon l. 4. fine, & l. 5. initiô. ubi refert, de convivis Æthiopum regis, adversùs Perseum consurgentibus, objectô vultibus eorum Medusæi capitis spectrô, in saxa mutatis.* (412) Medusa, *una fuit è tribus* Gorgónibus, *Phorci filiabus: quarum nomina,* Stheno, Medusa, & Euryale. *Somnus* Gorgonæus, *stupor est ille exanimis, quo hebetabantur, & obrigescebant; qui,* Górgone *conspectâ, sensus omnes, & animam, amittebant.* (413) *Petri. suprà, notâ.* 377. (414) *Nam, Herodis Agrippæ stipendiis, militabant, & excubabant.* (415) *Mili-*

Militarium, in castris, & vigiliis. de quibus vide, quæ dixi l. de Ortu & Inter. Reip. Vet. Romanæ. (416) *S. Petri.* (417) *Cœlô.* (418) *Cœli. suprà sæpe.* (419) *Hic enim, ut olim Synagogæ, ejusque capitum, sic postea Ecclesiæ Christi, ejusque rectorum, tutor ac princeps & præses fuit. Menoch. vide, in caput 12. Act. v. 7. Adstitit autem S. Petro, in corpore assum pto (ex aëre subtili, ac depuratô.) Idem.* (420) *Stertendô*; **ac totô proflando pectore somnum.** (421) *Petre.* (422) *duabus catenis, ex utraque manu.* (423) *Vigilibus enim duobus, (tunc & ipsis sopitis), catenæ suæ manserunt.* (424) *Petrus.* (425) *Martialis est dictio, tametsi paullùm aliô, non tamen contrariô, sensu; putà, pro velamine corporis anterioris, à collo, usque infra medias tibias, τῶν γυναικῶν in balneis. Quantùm ad hunc Actorum textum attinet, cap.* 12. *v.* 8. *habentur hæc verba,* καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. *quod Vulgata reddit,* **Et calcea te caligas tuas.** σανδάλια *porrò, ἴων, (ait Sinapius)* **genus est calceorũ,** (*quod apud Hebræos loris, seu corrigiis, subligabatur : apud Græcos, & alias gentes, non item; ut patet ex historia Rhodopidis, postea reginæ,*) **sive Caligarum. Est autem** (*pergit idem Sinapius*) **Caliga tegumentum tibiarum.** *Et in voce,* **Subligar,** *ait*; **Subligar dicitur, quo partes verendæ teguntur:** *additque*; **Dicitur & Succinctorium, perizóma, lumbare, bracha, femorale, & feminale.** *hæc ille. Optimè*

ptimè verò, (meô judiciô), Vulgatæ ſenſum colligemus, è Diſputatione, quæ, noſtrâ memoriâ, prodiit, De Caliga. cujus & figura fronti diſputationis præmittitur: cujusmodi formæ, rear, fuiſſe Petri has caligas; quæ pariter & ſandalia, ſeu calceos, ſupplerent: & quibus ligamina ſua non deeſſent. Porrò, pro Calceare, & Calceari, ſunt, qui Calciare, & Calciari, ſcribant. (426) Catulli Epigrammatographi eſt, in hendecaſyllabo quodam carmine, 36. Quare, ſi ſapiet, viam vorabit. pro, viam avidè arripiet, & deproperabit. (427) Notiſſimum illud — pedibus timor addidit alas. (428) Ità Virgil. 4. Æneid. v. 641. Sic ait. Illa gradum ſtudiô celerabat anilî. Et Æneid. 4. ad fin. Nos procùl indè fugam trepidi celerare — (429) Cœleſti ductore, Angelô. (430) Petrus. (431) Quaſi non ſoleis coriaceis, aut calceis, vel ſuberi, ſed lanæ, inambularent. Ità DI ferebantur laneis incedere pedibus, i. e. lentîs, tacitîs; & greſſu, bene præmeditatô. Alemann. Sittſam/ſtill. (432) Quod ternâ Chriſti negatione, in atrio Cayphæ, Petrus admiſerat: & cujus, ad omnem deinceps galli cantum, admonitus, amarè flere, totâ vitâ, ſolebat. (433) A carcere, rectâ primò lineâ progreſſi, versùs occaſum: poſtquam ad angulum venerunt Regiæ, qui Corum reſpiciebat; abruptô, detortôque ad Auſtrum, rectô progreſſu, ſtrictim, juxta murum arcis Regiæ occidentalem, perrexerunt, meridiem versùs, uſque, dum venirent ad angulum Regiæ, Zephyrónoto oppoſitum: ubi dein,

terti-

tertium stricturi latus regiæ, flexum viæ secundum fecerunt. quæ omnia clarè lucebunt inspicienti Palatium Herodis, & Regiam, ab Adrichom. expressam, in tabula Jerusal. num. 137. & num. 139. &c. Ad phrasin quod spectat, sic loquitur & Maro l. 2. Æn. a. f. de Creusa amissâ. **Dum sequor, & notâ excedo regione viarum** *&c.* (434) *In-grediuntur, & peragunt iter; quantumcumque patebat per aream* Stratópedi, *inter regiam, & murum Vivarii, ad Occasum siti. Virgil. Æn. 5. de cursuris.* **Hæc ubi dicta, locum capiunt: signôque, repentè Corripiunt spatia, auditô:** — *&c.* (435) *Herodes Ascalonites, in Regia* **tres** *omnium munitissimas, ac celeberrimas Oriente totô, turres exstruxerat,* **Hippicum, Mariamne, & Phasaëlum** (*non, ut perperàm aliqui, phasèlum.*) *Primam, memoriæ Amici sui* **Hippici**, *in bello amissi: Secundam, uxoris* **Mariamnæ**, *à seipso occisæ: Tertiam, Phasaëli,* **fratris** *sui, qui se apud Parthos in carcere interemerat. Et ab hac postremâ turre, instar Phari Alexandrinæ ædificatâ, non ità procùl (ad dextram relictâ, in angulo Vivarii) deflexerunt Angelus, ac Petrus, sursum ad orientalem Regiæ situm; juxta murum ejus Australem, usque ad medium. Vide tabulam Adrichomianam Jerusal: num. 143.* (436) *Meridionale.* (437) **Ferream Portam** *regiæ Herodianæ, quæ ducebat ad civitatis illam partem, cuj nomen erat* **Filia-Sion, & Inferior**, *exprimit Adrichomiana tabula Jerus: num. 137.* (438) *Ægrè enim janitores, & excubiæ*

Herodis, *quotidie aperientes, & claudentes, portam illam, ob pondus & gravitatem ſuam, moliebantur.* (439) *Omnium ferri generum durissimô, ſolidiſſimôque; & maximè indomabilî.* (440) *Juxta* **murum** *videlicet* **antiquum**, *qui ab occaſu urbis, ad orientem, & uſque ad portam*, **Sterquilinii** *dictam, procurrebat; inter civitatem* **Secundam**, & **Filiam-Sion**, *ſeu* **Civitatem Inferiorem.** (441) *Simulac enim paullulum diluculi admicuiſſet; Petrus, eâ viâ quæſitus, agnitus ab obviis, ac deprehenſus ab inſequentibus, fuiſſet.* (442) *Quod angiportum, ſeu vicus, à porta ferrea, foris tendit, ac ducit, ad* **Civitatem Secundam**: *&, (introrſum ad* **Septentrionem** *factô digreſſu), ſuprà* **Stagnũ Amygdalon** *poſtbac, versùs Ortum, ſecus Xenodochium Urbicum, per* **Forum Materiarium**, *viâ longiſſimâ fert ad* **Domum Mariæ**, *matris* **Joannis-Marci**; *pæne in extremo urbis, ad Orientem, ſitam. Quæ tamen ità lucidè nequeunt, niſi tabulis inſpectis, (& præſertim Adrichomii Jeroſolymitanâ) intelligi.* (443) **Rationis lumen.** *ſic Virgil. l. 6. Æn. v. 747.* — **purúmque reliquit Ætherium ſenſum, &c. de anima, & intellectu.** (444) *Finem: allegoriâ ſcilicet ductâ ab Olympicis ſtadiorum, aut certaminum Circenſium, terminis. Horat. l. 1. odâ 1. ad principium odæ.* (445) **Cùm ſenueris, extendes manus tuas,** *dixit Chriſtus S. Petro. ſuprà, notâ 358. & 359. vide* **Joan. 21. v. 18. & 19.** (446) **Romani** *namque, vel fortaſſe* **Brutii** *lictores, & non* **Judæi, S. Pe-**

Petrum cruci affixerunt in Vaticano. (447) Adagiô teritur illud poëtæ, An nescis, longas regibus esse manus? (448) Proxima namque Chanaanitidi, & Phœniciæ, ad Septentrionem, est Syria. (449) Herode hôc, Agr: Seniore. (450) Ad partem urbis Jerosolymæ Orientalem. (451) Oram, seu terminum civitatis illum, præterit, & proximè transit; in quo erat ad dextrum, seu meridiei latus, Porta, dicta Essenórum, ab Essæis; tertiâ, & minùs vulgò improbatâ, Judæorum sectâ. Hæc Porta, erat in Muro civitatis, Filiæ-Sion dictæ, antiquô. Adrichom. in Jerus. num. 67. (452) Ad lævum, sive Septentrionale latus, portæ Essenorum. Adrich. vide, num. 127. in Jerus. (453) Erat enim fidelium Christi precarium, & Orationis-domus. (454) Foris: seu è Frontispicio (ut loquuntur) ex composito, apparebat domus politica: ut dissimularentur, ibi convenire soliti, fideles Christi. (455) Cohabitare, & congregari, jam tum, Apostolorum tempore, inter se Jerosolymis Virgines, & castæ viduæ, in morem ac modum Parthenónum, solebant. (Baron. vide in ann. 57. n. 18) cujusmodi Domus esse potuit & ista, in parte ædium quapiam seclusâ. (456) De Virginibus Christianis, ità S. Cyprian. de disciplina & habitu Virginum. Flos est ille Ecclesiastici germinis; decus atque ornamentum gratiæ spiritalis &c. illustrior portio gregis Christi. (457) Primus pes est, Procelevsmaticus. (458) Domesticorum. continens, pro contento. metonymiæ. (459) Ità l. 8. Æneid. Pal-

las juvenis Trojanos affatur prætернavigantes; qui — procùl è tumulo; Juvenes, quæ cauſſa ſubegit, Ignotas tentare vias? quò tenditis? (inquit). Qui genus? unde domô? &c. — (460) *Sic apud Arbitrum ancilla Quartillæ.* Cùm pallidi rogaremus, Quis eſſet? Aperi, inquit: jam ſcies. (461) *In domibus amplis, & religiosîs maximè,* Claves, *non tantùm pro exteriore parte oſtii, ac portarum; ſed etiam pro Interiore, majoris clauſuræ cauſsâ, habentur: ut hic factum.* (462) *S.* Petrum. (463) Petrum *non tantùm ſtetiſſe intus in veſtibulo ad fores, ſed prorsus intrâſſe; docet ratio: & multitudo, tunc congregatorum, qui, ſinè periculo deprehenſionis, non potuiſſent concurrere ad limen portæ: & denique, quia ſacer textus ait; Eum indè* Egreſſum. *&c.* Introierat *igitur: & utique in conclave, ſuperiùs comprecantium in penetrali.* (464) *patronym. à* Zebedæo, *cujus filius, (ut & S. Joannes,) erat, S.* Jacobus Major; *ab Agrippa nuper capite plexus.* (465) Chriſti Jeſu; *pro cujus Religione, ac Sacris, occubuerat. De* Chriſto *porrò dicit S. Andreas Joan. 1. v. 41.* Invénimus Meſſiam, quod eſt interpretatum, Chriſtus. (466) Primus *enim Eccleſiæ Jeroſolymææ Chriſtianorum Epiſcopus, fuit* S. Jacobus *hic* Minor; *appellatus vulgò* Frater Domini. *Breviarium Roman. 1. Maji.* (467) Jeroſolymitanæ: *cujus urbis ſuperior pars,* Sion. *& ibi, primis temporibus, poſt reſurrectionem & aſcenſionem Domini, ut plurimùm habitabant Apoſtoli.*

stoli. (468) **Luna.** *suprà.* (469) *Vide, hôc locô, Tabulas Palæstinæ; sive Tillemanni Stellæ sint illæ; sive Adrichomii, Universæ terræ Promissionis; sive Topothesiæ. Abiit* S. Petrus *in ultimam Chanaanitidem, ad* Septentrionem; *sed adhuc, cis Libanum montem.* (470) *Non à gentis conditore tantùm, sed etiam à* **piscium ubertate,** *Sidoni fuit nomen. Syris enim, ac Syrophœnicibus,* **Sidon,** *est* piscis. *Adrichom. in Aser. num.* 77. *De hac porrò S. Petri profectione, agit* Cæs. Baron: *in ann. Christi* 44. *num.* 6. Spondan: (471) *Ut in lacu* Genesareth, *seu mari* Galilææ. *Lucæ* 5. *& eodem in mari aliàs,* Joan. 21. (472) *In negotio* **piscatûs spiritalis, &** *allegorici: de quo vaticinium extabat Jerem.* 16. *v.* 16. (473) *Retia rariora: quæ non quadrupedibus modò, sed &* **avibus,** *tenduntur. & hôc significatu, prima syll. corripitur. Virg.* 4. *Æn.* **Retia rara, plagæ, latô venabula ferrô.** (474) *Septentrionis. suprà, notâ* 469. (475) **Anima nostra, sicut passer, erepta est, de laqueo venantium. Laqueus contritus est; & nos liberati sumus.** *Psalm.* 123. *v.* 7. (476) *Petri.* (477) *In monte Sion; quo locô Civitas olim, ac Palatium, Davidis regis fuerat; postea verò habitationes quorundam Pontificum, & Seniorum, Petro infensorum.* (478) *Quam Regiam, (olim Machabæorum arcem, ac palatium), Herodes Agrippa, instauratam, suæmet accomodârat Sedi.* (479) *Gaudiis sollemnitatis* **Paschæ,** *jam exactis: die scil.* 21. *mensis Nisan.* (480) **Mortualis,** *de qua suprà,*

ex S. Joan. Damaſcenô. & ego, l. de Ortu & Occaſu Reipub. Veteris Rom. Vide Indic. V. Tuba. (481) *Inferni. Diaboli. ſuprà, ſæpe.* (482) Job. 10. v. ult. (483) *Populus enim vel maximè gladiatores, & hominum ſupplicia, beſtiarúmque è cavea emiſſiones, ac lanienas, appetens; munerarios, carnifices, & beſtiarios, plauſibus, & inſaniâ clamorum, inflammabat. Arbiter, in heroico, de bello civili.*

Tigris & auratâ gradiens vectatur in aula,
Ut bibat humanum, populô plaudente, cruorem.

(484) *Mons: & incolæ, qui, ab excelſo loco, in ſubjectam urbem, & forum, ſupplicio Petri deſtinatum, deſpiciebant.* **Sionem** *porrò, hymnus Eccleſiæ repoſitus, de Dedicatione, ad Laudes, fœmininum facit,* (**Illi canentes jungimur, Almæ Sionis æmuli,**) *idque, ni fallor, è veteris hymni verſu,* **Quem Sion ſuſcepit alma.** *&c. Sed,* **Reſpicit interdum nomen generale poëta.** *Emmanuelem vide, in notis ad verſum hunc: ubi* **montis** *quoque ſignatè meminit. His adde, regulam ejusdem & aliam.* **An, In, On, mas eſt.** — (485) *Non Herodis Agrippæ, ſed Her:* **Aſcalonitæ;** *cujus carcere detentus fuerat S. Petrus: ut ſuprà admonui, notâ 353.* (486) *Quibus vinctus fuerat S. Petrus. Act. 12. v. 6.* (487) *Inter quos fuerat dormiens. Ibid. v. eod.* (488) *Quatuor quaterniones militum. (Act. 12. v. 4.) quibus Petrum tradiderat cuſtodiendum Herodes.* (489) *Viſorium; ad ſpectandum expoſitum. Hinc mathematicæ pars quædam,* **Optica** *dicta.* (490) *Ex*

improbi

improbi vulgi sensu, non, poëtæ. (491) *Herodis Agrippæ: qui se ab impio & adulatore populo acclamari, fierique,* **Deum**, *passus fuerat: ut, qui* DIS **simili** *quasi* **voce tonans** (*ut est in* Job, c. 40. v. 4.) *paullatim ad fulmina quoque, Fovisque Tonantis, & fulminatoris, imitamenta gradum faceret. Quem tamen* (*ceu* **procùl ab hoc Jove, procùl & à fulmine,**) *S. Petrus derisit: inter Tyrios jam, ac Sidonios, & viciniam circumjectam, Christum annuntians; & fideles confirmans. de quo, conjecturam vide Baronianam, sanè probabilem admodum, in ann. Chr. 44. num. 6. Spondan. suprà.* (492) *Funeri Petri deputata. funerum autem dea, præsésque, credita Libitina. suprà,* **notâ 192.** (493) *Jactantiæ glorioſæ, & sibi placentis arrogantiæ; per quã passus erat, eloquentiam suam æquari Divinæ:* **Deóque honorem non dedisset.** *Act. 12. v. 22. & 23.* (494) *Non est, hôc loco,* **Volvulus** *idem, quod* **Volvula** *Sinapii, de qua suprà ad l. 3. in Ezechiele, & l. 1. N. T. ad Cratérẽ Infernalium pœnarum; sed hic quoque Medicô significatu sumitur, pro* **horrendis iliorum doloribus,** *& ideò* **Miserere mei** *vulgò dictîs. Tali* **Cholicâ** *namque, & tã atrocí, Agrippã hunc, post acclamationem illam* (**Dei voces! & non hominis**) *patienter auditam, corripi cœpisse; oblatô pariter & spectrô* **noctuæ**, *seu* **ululæ**, *i. e.* **Angeli mali, & Tartarei**: *Josephus, hanc eandem S. Lucæ historiam narrans, refert, Antiqq. l. 19. cap. 7. subjungítque;* **crescentibus in horas singulas**

tormentîs (*putà, è volvulo, & rosu vermium inteſtinô,*) intrà quintum diem miſerè interîſſe. (495) *De* vermibus, *à quibus* conſumptus *pariter fuit, etiam hic Herodes,* (*ſicut avus ejus.*) S. *Lucas tradit, Act. 12. v. 23.* (496) Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini. *&c. ait S. Lucas. Act. 12. v. 23.* & exſpiravit. (497) *Cœleſtibus SS. Bibliorum teſtimoniis conſignata, & ſcripta.* (498) *Id eſt,* vetuſtiſſima, & *à 16. jam ſæculis durans. Ità loquitur & Catull. carm. 69. ad Mallium.* Sed dicam vobis; vos porrò dicite multis Millibus; & facite, hæc charta loquatur anus (499) *Inſula, ex 53. Cycladibus una; de qua S. Joann. Apocalypſ. 1. v. 9.* Ego Joannes, frater veſter, fui in inſula, quæ appellatur Patmos. (500) *Joannes enim, &* ipſe Seniorem *ſe* κατ' ἐξοχήν *nominat, duabus in epiſtolis, v. 1 & revera ætatis proceſſu ſuperavit reliquos Apoſtolos univerſos: ſcribens Apocalypſin annô Chriſti. 95. mortuus annô Chriſti 101. ætatis ſuæ annô 93. Baron. in añ. Chriſti 101. num. 5. Spond.* (501) *Fuit enim S. Joann. in Patmon relegatus; ad metalla, cum reliquis, effodienda:* propter Verbum Dei, & teſtimonium Jeſu: *ait ipſe Apocal. 1. v. 9.* (502) *Oppidi, Dalmatis & Pannonibus, interjecti: unde ortus S. Hieronym. Eccleſiæ Doctor. hodie* Strigna, *vulgò.* (503) *Dalmatia, Illyrici regio, ſeu pars: uls, & ſecundùm, mare Adriaticum, in Euro-aquilonem.*

Dal-

Dalmata *natus dicitur* S. *Hieronym. à breviar. Rom. in* 31. *Septemb. diem.* (504) S. *Hieronymus, quasi* ἱερὸν ὄνομα, **sacrum nomen.** *In compositione quippe, vox* ὄνομα, *posterius,* o, *semper mutat in,* υ. (505) *Ait enim* S. *Hieronym. partim librô, de* Scriptorib. *Ecclesiasticis; partim l.* 1. *contra* Jovinianum, *de* S. Joanne. Vidit & **scripsit** *Apocalypsin;* **Infinita** *FUTURORUM* **mysteria continentem.** (506) **Pœcilês;** *cui comparatum fuit hoc Amphitheatrum, principiô præsertim libri* 3. *Antiquitatum Angelicarum Vet. testam. ubi, in* Notis, *de* Porticûs *illius nomine, locîs, aliûsque, eò pertinentibus, est dictum.* (507) **Sphinx,** (*sic enim scribenda vox hæc, non per,* γ, *est; græcis,* ἡ Σφὶγξ, γός) *monstrum,* (*ait* Hermann. Torrentinus,) *facie Virginis, pennîs avium, pedibus leonis; quod ad Thebas, in rupe quadam, obscurũ dictum proponebat, eò venientibus: & id solvere nescientes, occidebat. Epigrammatographus,* **Commenta es dignum Thebanô ænigmate monstrum, &c.**

l. 1. *c.* 91.

Antiquitatum Angelicarum teſtamenti Novi, INDEX rerum memorabiliorum.

A.

ACanthis, quæ avicula, pag. 140.
ACies, æquivoca dictio. 131.
ADAMO, ſopor immiſſus à Deo. 357. quàm ſpiſſus? *ibid.*
Adria, mare. 320. & 321. ejus dictionis proſodia. 321.
Adrumetum, urbs. 300. Adrumetina navis. 300.
Ægypti idolomania. 63.
Æſculapii ſerpens Epidaurius, 325. pro Deo cultus. *ibid.*
Æſtus maris. 318.
Æthiops eunuchus Cándacis. 178. & 200. & 201. uſque 204. *incluſivè.* unde venerit Jeroſolymam. 331. proſelytus fuit. *ibid.*
Æthiopes quidam, Solis oſores. 229.
Ætnæ montis Crater, quid? 91. flammarum, ex eo, eruptio. 229.
Agonia Chriſti, in horto montis Olivarum. 97. & 98.
AGRIPPA (Herodes) cognomentô Senior. 274.

274. quorúmnam pater? *ibid.* & 332. unde ortus. 274. & 332. patre orbatus. 335. vagè diu, miſeréque, vitam ſuſtentat. *ibid.* etiam uſque ad incitas ultimas, & conſilia deſperationis. 336. Tiberium Cæſarem offendit. 336. & ob id ab eo carceri mancipatur. *ibid.* ídque, delatione liberti ſui. 337. A Cajo verò Caligula carcere liberatus, extollitur. 275. & 336. Ejus catenæ duæ, temporis ac metalli diverſiſſimi: ponderis autem æqualis. 336. Idem Agrippa Sen. regnum recuperat. 274. & 336. A Claudio Cæſare, multis inſuper opibus aliis, & potentiâ, augetur. 337. dum Agrippa ſibi Cæſares illos, & eorum familiam, aſſentationibus & epulis conciliat. 337. nec non ſervilibus aſſectationibus potentium in aula. *ibidem.*

Agrippa idem, diu priùs extremè miſer, poſtea, ob id ipſum, crudelior evaſit. 337. & 338. captator omnis popularis auræ. 275. Ejus indè, ſuímet oſtentatio, & hypocriſis, circa Sanctuarium templi. 338. ejusdem habitatio Jeroſolymis, ubi ferè. 350. & 365.

Agrippa idem S. Jacobum Majorem trucidat. 275. unde & plebi placet. 275. & ſibimetipſi. 276. meritus interim, qui jurè Carniſex nominaretur. 340. A Sacerdotio Judaico infligatur, ad Petrum etiam è medio tollendum. 276. ídque, variis calumniis ingeſtîs, *ibid.* & 277. In eo comprehendendo rex

plauſum undique ingentem ſibi pollicetur. 277. & 278. ergò comprehendit & Petrum. 278. & in cuſtodiam eum conjicit, horridam ac munitiſſimam. 278. Ægrè præſtolatur finem ſollemnitatis paſchalis. 278. quâ exactâ, mortem indicit Petro. 279. & locum mortis. *ibid.*

Agrippa idem, exſpectatione ſupplicii Petræi, per Petri effugium, dejicitur. 294. & 295. elusúsque, cum omni Jeroſolyma fremit. 295. & in milites, cuſtodiæ Petri aſſignatos, effundens iram ſuam. 296. tandem & ipſe perit. *ibid.* & quibúſnam pœnis ac tormentis? 367. & 368. ídque non ob crudelitatem tantùm in capita Chriſtianæ plebis; ſed & maximè ob blaſphemam ſuperbiam ſuam. 367. bis.

Agrippæ ejusdem filiæ impudicæ. 332. & 333. deſpectiſsimè tractatæ, partim in ſeipſis, 333. partim & in ſuis ſtatuis. 335.

Agrippa (Herodes) junior. 332. inceſtûs ſuſpicione violentâ palàm infamis. *ibid.* & 333.

Alardus Gazæus, ordinis S. Benedicti. 241.

Altor, quis. 141.

Ananias, Judæorum pontifex. 299.

Anani pontificis palatium. 354. & 355.

Anchora Sacra, quæ; & unde ſic dicta. pag. 311.

ANGELUS, Joannis Baptiſtæ conceptionem,

nem, & ortum, patri ejus prædicit. 15. Idem Beatiſſ. Virgini annuntiat conceptum & ortum Salvatoris. 22. Ejus ingreſſus ad beat. Virg. 120. Angelus S. Joſephum inſtruit & ſolatur, mœſtum, ob Virginis Sponſæ uterum. pag. 38.

Angelorum, in Chriſti ortu, gaudium. 51. & 52. & 54. Joſephum Angelus monet dormientem, ut cum ſuis fugiat in terram Ægypti. 59. & 60. & 61. Cur Angeli tantopere puerum JESUM venerarentur. 64. qui poſtmodo & adultum valde honorârunt. 65. & 66. in ſpecie humanâ eleganti. 66. Chriſtum, poſt victoriam è Sathana reportatam, magnificè honorant. 70. & 71.

Angelus, piſcinam Bethſaidam movens. 72. & 153. Angeli piorum animas à morte tutò deducunt. 74. Angelus Chriſto apparens, in monte Oliveti. 98. *uſque ad pag.* 103. *excluſivè.* Angelorum legiones duodecim, ad Chriſti obſequium accinctæ, & promptæ. 100. Chriſti anaſtaſin annuntiant. 185. 186. & 187.

Angeli opera ad ſepulcrum Chriſti. 177. Angelus milites, ſepulcri-Chriſti cuſtodes, exterret. 189. 190. 191. & 192. Angelorum multitudo maxima Chriſto Aſcendenti præſtò eſt. 194. & 195. Angelorum, ad diſcipulos Chriſti, concio; de ejus, ad ſupremum Judicium, adventu. 198. 199. & 200. Angelus, Philippum diaconum immittens Eunucho Æthio-

pi. 200. Angelus Cornelium centurionem inducit, ad Petrum acciendum. &c. 210. Alibi Angelus, habitu Macedonis, S. Paulum in somnis incitat, ad Macedoniam Christo adjungendam. 179. & 205. 206. 208. 209. 233. & pag. 234.

Angelus S. Paulum ante naufragium animat, & instruit. 261, & 262. & 263. Angelus apostolos carcere educit. 272. Et alio tempore S. Petrum separatim, à pag. 286. usque ad pag. 289. &, quísnam ille Angelus, ac quali habitu apparens. 359. Reliqua vide in V. *Petrus*, infra.

Angiportus. pag. 163.

Animarum, post mortem, duratio. 223.

Anni quot, à condito orbe, usque ad ortum Christi. 104. & 137.

Annuntiatio conceptionis Christi, narratur à pag. 22. inclusivè, usque ad pag. 37. *inclus.* Quónam anni tempore contigerit. 117. & 118.

Antiphonæ, O, per Adventum, ante dominicæ nativitatis festum. 109.

Apes castæ. 127.

Apluſtria, quid. 298.

Apocalyptica mysteria, num jam omnia impleta? an potiùs adhuc implenda? 297.

Apostolorum latibula, tempore Passionis Christi. 217.

Aquæ Mara, in solitudine. 102. quomodo ex amaris effectæ dulces. *ibid.* Aqui-

Aquila, ſignum caſtrenſe Romanæ militiæ. 239. ad hanc, & ad alia ſigna caſtrenſia, jurare milites ſoliti. 240.

Aquilones venti. pag. 311.

Arabiam cavam conſerere. 331.

Arbores, etiam in vicis, foris, propatulò, urbium. 354. & ſupra tecta quoque. *ibid.*

Arca teſtamenti, quomodo, & quâ mente, ab Herode Agrippa Seniore honorata. paginâ 338.

Archeláus, Herodis Magni, ſive Aſcalonitæ, filius; ſævus. 63. & 147. Quânam limitatione poteſtatis patri ſuccedere ſit permiſſus. 146. quomodo eâ fuerit uſus. 147.

Argeſtes, ventus. 223.

Arctóphylax. pag. 356. Vide & *Urſa*, infra.

Arctos, i. vide infrà, *Urſa*.

Armeniæ frigora intenſiſsima. 227.

Aſcenſio Chriſti in cœlum. 177. & pag. 178. & à pag. 193. uſque ad pag. 197. In ea Chriſti domini aſcendentis, motus, & in aſcendendo modus. pag. 226.

Atho, mons. 234. ejus vocis inflexio grammatica. *ibid.*

Avernus. pag. 147. & 148.

Aurora præcedit diem. pag. 10.

Auroræ populi. pag. 124.

Auſonia, quæ regio, & unde dicta. pag. 242. Auſon, & Auſo. 242.

Azymi panes. 349. & 350.

Azizus

Azizus rex. pag. 334. & 335. infeliciter maritus. *ibid.*

B.

BAculus Moysis, instrumentum prodigiorum, pag. 343.
Balsami hortus. 144.
Baptismus Joannis, utrum in anima Christi aliquid eluerit. 148. Quid, & quatenus, in aliis hominibus operatus sit. *ibid.* & pag. 149. Cur dictus fuerit Baptismus pœnitentiæ. 148. Baptizati, baptismo Christi, quónam ordine, & à quibus, Apostoli. 330.
Barbari quínam, & à quibus populis, populi dici consuêssent. 325. *usque ad med.*
Barbarica vocabula, sæpenumero ab latinis immota retinentur. 168.
Barbaries quarundam gentium erga naufragos. 269.
Basis, eos. quid. 165.
Belial, quid notet? 149.
Berenice major, filia Herodis Agrippæ senioris. 332. Ejus libidinum, & vitæ, perstrictio. 332. & 334. & longiusculè *ibid. post med.* marito suo occasio fit apostasiæ, ad idola. pag. 332.
Berenice minor. pag. 334.
Berrhœa urbs, & ejus incolæ. 235.
Bethlehem, quoad dictionem, & prosodiam. 137. quoad rem ipsam. 139.
Bethsái-

Bethsáida, geminæ significationis, pag. 152. Bethsaida, S. Petri patria : quid olim, & quid hodie. 330. Bethsaida piscina, ubi sita Jerosolymis. 72. à compluribus ægris circumsessa. *ibid.* ab Angelo solita concitari. 72. cum ægrorum mirifica salute. 72. & 73. secus & Bethesdà nominata. pag. 152.

Bidentes animatæ. pag. 144.

Bimaris locus. pag. 319.

Bithyniæ regio. pag. 233. Bithynorum rex. pag. 234.

Boanerges, cur, & quatenus dicti sint, duo filii Zebedæi. pag. 339.

Boni-portus, quis locus. 306. & de dictione ipsa grammaticâ. 306.

Bonorum respectu, servantur mali. 268.

Bootes, æ. quis? 356.

Bosor, torrens. pag. 147.

Brevia, in mari. quid sint? paginâ. 316.

C.

CAducifer. quid? pag. 133.

Cæciæ venti, qui. 222.

Cæsaréa- Palæstinæ, urbs. 230. & 231. pulcherrima. 238. olim aliter nominata. *ibid.* à Cæsaréa-Philippi procul distans. *ibid.*

Cæsares, à quibus dici solerent & Reges. 317.

Calceo, & calcio. 360.

Caliga,

Caliga, æ, quid. 359. & 360.

ſ Calix Paſſionis Chriſti. 91. & 170. quas ordes, & mala, intrà ſe contineret. 92. & 93. 94. & 95. & tamen Chriſto propinatus. 95. & 96. Quàm amarus hauſtu. 101. & hauſtus, quot & quantorum bonorum cauſſa futurus. *ibid. poſt med.*

Calvariæ mons, ſeu collis. 222. & 224. unde dictus, & ubi ſitus. 224.

Cándace regina. 202. bellicoſa. pag. 230. ejus quæſtor. *ibidem.*

Canibus rixoſis ſimiles Judæi increduli. pag. 237.

Canópus, quid. pag. 147.

Capricornus. pag. 305.

Carceres, dicti *lacus:* & cur? 327. & 328. Carcer S. Petri Jeroſolymis, paginâ 348. & 350. & 351.

Carmelus, mons. 117. & 118.

Caſos, inſula. 304. ejus incolæ. 304. Caſiæ veſtes. *ibid.*

Cáſtores, quínam? 227. Cáſtorum ſignum, &c. ibid. & 320. Grammaticè quomodo tractentur. 320.

Catelli Melitenſes. pag. 269. & 324.

Caurus, qui & Corus, ventus. 223.

Cedron, torrens. pag. 82. & 83. de eo plura, & fuſiora, 158. 159. 160. & 161. Eum David quoque, in typum, tranſivit. 161. &, impletor figuræ, Chriſtus. 162. An ibi Cedri? 164.

Cen-

Centurio, quid : & unde dictus. 238. & 298. Centurionum vitis. 239. quot, in unaquaque cohorte, Centuriones. 298.

Ceſtius Florus. *V. infra*, Florus.

Chaos magnum, biblicum, quid ſit. paginâ 157.

Charon inferus. 321.

Charta anus. 368.

Chethómene, veſtis Sacerdotum. 340.

Chloris, idis. pag. 118.

CHRISTI JESU, ſupplicantis in monte Olivarum, hiſtoria, à pag 81. uſque ad finem libri 1. Ejus, è Solitudine, mœſtitia. 84. & 85. Ejus triſtitia, ſpontè aſſumpta. 85. *& ſeqq.* ac maximè rurſus, à pag. 88. & ſeqq. Eum arbores Oliveti montis venerantur. 90. Chriſti preces, in monte Olivarum. 90. & nominatim, pietas, acquieſcentis voluntati patris æterni. 96. & 97. Quantopere, in hoc, placuerit Deo Patri. 99. & 100.

Chriſtus, in mortem generosè vadens, exemplum nobis factus. 102. palàm docens, & mira patrans. 125. Ejus è Davidis progenie deſcenſus, & ortus, oraculis præſtinatus. 135. Utrum, à baptiſmo Joannis, Chriſti anima abluta fuerit. 148. Chriſti jejunium ſtrictiſſimum. 150. Deſcenſus illius ad Inferos. 182. Ejus, è morte, reſurrectio. 175. & 183. 184. & 185. Ejusdem, in cœlum aſcenſus. 177. & 178. & 192. 193. 194. 195. 196. & 197.

Chriſti

Chriſti epitheton, REX, apud poëtas maximè. 150. & 151. & 165. & 166. Chriſtus omnium peccata tulit; ac fæcem eorum exhauſit, ſuô modô. 170. & 171.

Chriſtum, aſcendentem in cœlum, avidè ſpectant Diſcipuli. 196. & 197. à quo tamen ſpectaculo avocantur. *ibid.* & 198. 199. & 200. Ejus, ad univerſale Judicium, reditus denuntiatur. 198. 199. & 200. Ejusdem, in cœlum euntis, veſtigia relicta. 226. Ejus aſcendendi modus. *ibid.* Chriſtus, & Hebraicè Meſſias, ſeu potiùs Maſchiàch, quando (ut talis) eſſe inceperit? 243.

Chriſtiani, diu dicti *Nazareni*, 338.

Cimmerii montes. pag. 164.

Circius ventus. 307. Ejus violentia. paginâ 307.

Citria poma. pag. 115.

Clauda, inſula. 256. & 309. circa vocem illam, lectionum diverſitas. 309.

Cl. Claudianus, poëta. 113.

Claudius Cæſar, Herodem Agrippam, Seniorem, valde extollit, & auget. 337.

Claves portarum, in magnis, & religioſorum domibus. 364.

Cœli via ſublimis, & operoſi aſcensûs. 193.

Cœlum hiemaſcens. 251. reipſa jam hiemans. pag. 253.

Coliphia, quid? & quorum cibus. 151.

Conquiniſcere, quid? 165.

Corin-

Corinthus, bimaris cur dicta. 319.
Cornelius, centurio. pag. 180. & à pag. 210. uſque ad 216. *incluſ.* Olim idololatra. 237. De eodem, pag. 238. Ejus converſionis, ad Chriſtiana ſacra, quódnam genuinum fuerit initium, & radix. 241. Ejusdem oratio ſolitaria. 242. in quem annum inciderit illius Converſio. 244.
Crater, Ætnæ Siculæ, quis hiatus? pag. 91. & 166. & 167. Calici Paſſionis Chriſti comparatus. pag. 91.
Croatæ populi. pag. 324.
Croton, urbs. 323. Crotoniatæ prædones, immites. 323.
Crucis ſupplicium, quorum maximè fuerit. 227. Crucis Chriſti lignum. pag. 159. & 160. & 161.
Cycladés inſulæ. pag. 304.
Cypris, idis. ejus dictionis declinatio. 313.

D.

DAvidis nomen, quoad prosodiam. paginâ 110. *per totum.* Davidis ſtirpi promiſſus Chriſtus. 135. David, Cedrónem tranſiens. 161.
Diaboli mons. pag. 151.
Dica, cæ. quid? ejúſque proſodia. pag. 131.
Dicta, æ, & Dictæus. pag. 305.
Dies naturalis. pag. 317. *fin.*
Diluculum aurora præcedit. pag. 10. diluculô

culô exhilarantur universa. 49. maximè verò, homines, armenta, greges. pag. 49.

Dipsas, adis. pag. 169.

Discipula Christi cohors. pag. 217. & 218. & 219.

Dithalassus locus, qui dicatur. pag. 264. 265. & 318. & 319.

Divitis epulonis, & Lazari mendici, historia. à pag. 74. usque ad pag. 80. *inclus.* Divitis epulonis nomen. 75. & 154. & 155. ædes ejusdem splendidæ. 75. luxus in amictu, victu, cultúque suî. *ibid.* & 76. & 156. Ejus, erga Lazarum mendicum, inclementia. 77. ejus mors, & perpetuus interitus. 79. tormenta Tartarea. 79. & ex inferis irrita postulata. 80. Epulonis palatium, ubi Jerosolymis. pag. 154.

Divom, pro Divorum. pag. 310.

Divortia conjugiorum, etiam barbaris odiosa. pag. 133.

Doris, idis. pag. 304.

Drusilla, Herodis Agrippæ senioris filia; Junioris soror. 334. & 335. Ejus forma. 334. matrimoniorum ejus inconstantia. 334 & 335. incantationibus quoque facta corruptior, 335. è Felice, præside Judææ, fit mater, *ibid.* & quidem filii, qui miserè demum periit. 335. A S. Paulo Drusilla frustra deterrita est, à scelestæ vitæ perseverantia. 335. facta denique Moysis sui desertrix, in pejus. *ibid.*

Dux, & ductor. 298.

E.

ECclesia, sacris in eloquiis, pro quo sumatur. pag. 352.
Eleemosyna, fax viæ cœli. 241.
Eliæ prophetæ, circa potum abstinentia. pag. 113.
Elysium nemus. pag. 223. & 224.
Engaddi. pag. 145.
Epulo Dives. *V.* Divitis epulonis hist. superiùs.
Erigòn, fluv. pag. 234.
Essedum, i, propriè. pag. 229.
Ethnicorum oraculum confictum, de interitu Christianæ religionis. 341. penitùs mendax, & in contraria revolutum. *ibid.* Eorumdem, ut & Judæorum, erga S. Petrum, odium. 341.
Evangelistæ, dictionis duplex acceptio. pag. 232.
Evnuchus, reginæ Cándacis, unde venerit Jerosolymam. pag. 231.
Euripus, propriè. pag. 130. & 156.
Euro-Aquilo, ventus. pag. 308.
Eutychus, Herodis Agrippæ senioris, delator. pag. 337.
Extimus. pag. 326.

F.

FAvonius ventus. pag. 307. Favonius mysticus. pag. 128.

Felix,

Felix, prænomine Claudius, Judææ præſes. 334. formoſam, magicis incantationibus affectat, Simonis Cyprii. 335. & ad ſe tandem eam pertrahit. 335. Filii, ex ea ſuſcepti, fatum infelix, *ibid.*

Filia-Sion, pars urbis Jeroſolymorum. pag. 154.

Filii-tonitrui, qui? pag. 339.

Florus Ceſtius, Judæis impoſitus; cur reginam quandam, ſibi ſupplicem, repulerit? pag. 335.

Forum Jeroſolymorum venalitium. pag. 350. & 354. A foris non excluduntur arbores. pag. 354.

Frigora Armeniæ exotica, 227.

Frugis, frugem. pag. 158.

G.

GABRIEL Angelus appáret Zachariæ, patri S. Joannis baptiſtæ. pag. 15. cíque præſagit ortum filii: & alia, circa eum, ac patrem, eventura. à pag. 16. uſque ad 21. *incluſivè.* Gabrielis nomen, & officium. pag. 20. Gabriel annuntiat Beatiſſimæ Virgini Mariæ, conceptionem, & ortum Chriſti. à pag. 22. *incluſ.* uſque ad pag. 37. *incluſ.* Idem à Beatiſſima Virgine, velut invitus, & aliquouſque tantùm, diſcedit. 37. & 38. Item, pag. 128. & 129. Ad ejusdem verò domum, haud multò pòſt redit. pag. 38. Archangelus hic, Seraphinis accenſetur. 129. Gala-

Galaaditicæ ſylvæ; pag. 225.
Galilæi ſoli, præ finitimis aliis, bonitas ac fertilitas. pag. 346.
Galli-cantus Petrum in lacrymas conjicit. pag. 360.
Gáneum, i. pag. 162.
Gazæus Alardus. *V. ſuprà*, Alardus.
Gehennæ famoſiores incolæ, generatim; & per ſpecies quoque ſuas, & Individua quædam. pag. 92. & 93. Eorum diverſa, multáque, pœnarum genera. 94.
Gethsémani prædium. pag. 165.
Gnidos, i. quid? pag. 305.
Górgones tres. 358. Gorgonæus ſomnus, quid. 358.
Græca primæ declinationis nomina, à Latinis priſcis quomodo tractata. 156.
Gratiæ gemma, & unio, per Virginem Deiparam, certo modo, mortalibus obtigit. pag. 28. & 29.

H.

HEbrónis urbis locus religioſus, & olim, & adhuc hodie. pag. 130.
Hecate triformis, quid propriè fuerit, paginâ 338.
Heliopolis, urbs Ægyptiaca. pag. 145.
Herodiás; ejúſq; filia ſaltatrix. pag. 334.
Herodum proſapia utriuſque ſexûs. pag. 334.

331. & 332. & 334. Circa eam, notatus ſcriptor quidam recentior. pag. 331.

Herodis Aſcalonitæ tyrannidem exſecrantur Hebræi. pag. XI. Ejus furor, ob infantis Chriſti latebram, ſibi non indicatam. pag. 56. ſed furor, Angeli monitu, à Magis, Chriſti adoratoribus, evitatus. 56. & 57. in pueros tamen denique Bethlehemiticos effuſus. 58. & 59. cuj Infanticidio Chriſtus parvulus, Angeli curâ, ſubtrahitur. pag. 59. & 60. & 61. & 62. Herodis Aſcalonitæ regnum: & regni vitæque diuturnitas. 106. Ab eo tres Turres memorabiles Jeroſolymis excitatæ. quæ? & quorúmnam memoriæ? 361.

Herodis Antipæ, de S. Joanne baptiſta, ſuſpicio calumnioſa, & ſimulata. 114. 115. Ejus agnomen, Vulpes. 143.

Herodes Agrippa. *V.* Agrippa. *ſuprà.*

Heródidæ, arum. pag. 248. & 249.

Heſperia, dicta & Italia eſt. 236. ſicut & Hiſpania. *ibid.* De Heſperia etiam pag. 242.

Heſperus. pag. 242.

Hetruſci veteres, cõplurium ſuperſtitionum auctores. 310.

S. Hieronymi, de Apocalypſi S. Joannis, mens, & opinio. pag. 297. & 369. &c. S. Hieronymi nomen. *ibid.*

Hippicus, Herodianarum turrium una Jeroſolymis. pag. 361.

Hippotades, dæ. pag. 304.

Homi-

Hominibus nos deſerentibus, confidendum Deo eſt. pag. 100.

Hora nona, Palæſtinis olim, quæ? paginâ 242.

Horizon, cur latinè Finitor dictus? paginâ. 219.

Horror gelidæ, nubilæ, procelloſæ noctis. paginâ 87.

Horti Heſperidum. pag. 349. quorúmnam fructuum. *ibid.*

Hybridæ, quínam? pag. 240.

Hymni veteris, per Adventum Domini, pars. pag. 106.

Hypogæum, i. pag. 351.

Hypoſtaſes, in divinis. 122. Hypoſtatica Unio, an, & quale ſub meritum, reſpectu quorundam hominum, cadere potuerit. 123. & ſingillatim, ſub quale meritum, Virginis Deiparæ. *ibid.* à med.

Hypotypóſes. Suſpicionis anxiæ: & ſecúmmet alternè, contrariéque, conflictantis. pag. 40. 41. & 42. Dolentium: & dolorem tamen ſilentiô coërcentium. 43. Horribilis, in maritimo cùrſu, tempeſtatis, inter tenebras. 255. & 256. Naufragii. 265. & 266.

I.

S. JACOBI Majoris, apoſtoli, fervor in prædicando Chriſtum. pag. 339. ei cauſſa ſupplicii fuit, *ibid.* in quo Calicis martyrii

tyrii, promiſſum olim Chriſto, hauſtum implevit. 339. & 340. unde in protomartyrẽ evaſit Apoſtolorum. 340. Ejus templum Jeroſolymis. 350. &, quónam in loco. *ibid.*

S. Jacobus Minor. pag. 364.

Iänthinæ veſtes, quæ? 155.

Japha, vel Jaffa; olim Joppe, urbs. ubi? paginâ 243.

Jchnevmon, quódnam, & quale, animal? pag. 146. ejus vocabuli proſodia. *ibid.*

Idumæa, ad Judaiſmum traducta, pag. 346. & per quem? *ibid.*

Jejunium Chriſti ſtrictiſſimum. pag. 150.

Jericho, diverſimodè pronuntiata. paginâ 118.

Jeroſolyma quadrifida. 353. Ejus forum rerum venalium. 354. Jeroſolymæ pars, Filia-Sion dicta. 154.

JESUS Chriſtus, quanta patraturus eſſet, tricennis factus; prædicitur. pag. 30. & 31. Ejus regnum, quantò annoſius futurum ſit, regnîs aliorum. 31. & 32. & ideo, ſolum & unicum, verè regnum. *ibid.* E JESU nato, totius mundi lætitia. pag. 48. & 49. & 50. & 51. Ejus ortus, exortui ſtellæ matutinæ comparatus. 50. & ortui Solis. 51. JESUS natus, à diverſis adoratur; cum oblatione munerum. 55. Baptiſmum ſuſcipit, in Jordane. 66. In deſerto degit, inter feras ſylveſtres. 66. & 67. Ibi & à Sathana convenitur. 67. Ab

67. Ab eodem & tentatur. 68. & 69. at ex eo fugato triumphat. 69. & 70. proptereáq; ab Angelis, victoriam gratulantibus, impensè honoratur. 70. & 71.

Reliqua, de JESU *Christo, quæ desiderari hôc locô possunt, supra jam habes, in V.* Christus.

Ignis, ab Aaronico alienus, ad aras exitialis. 342.

Importuosum mare. pag. 316. & 317.

Incarnatio filii Dei, ingens opus. pag. 130.

India, impropriè dicta. *123. fin.*

Infanticidium Herodianum. pag. 58. & 59.

Ilias. pag. 143.

Illuminatus, vox quatenus, & quibus, usitata. pag. 241. & 242.

Illyres, gens. pag. 237.

Imminuens aliquid, schema. paginâ. 319.

Insula Clauda. 256. Insula Melita. pag. 264. Patmos. *368.* Meröe. 230.

Interjungere, quid propriè sit. 301. & unde verbi origo.? *ibid.*

S. JOANNIS baptistæ ortus, ejus patri prænuntiatus: & alia, circa eum. à pag. 16. usque ad 21. Tempus Conceptionis ejus. 108. Vaticinii Angelici, de Joanne, impletio: & pueri circumcisio. 21. Joannis baptistæ martyrium. 22. circa potum quoque, abstinentia. 113. & 114. Joannes ubi occisus. 116. Joannis baptismus. *V. suprà,* Baptismus Joannis.

S. Joannes Evangeliſta, collegis ſuis omnibus ſupervixit. 368. ejus vitæ tempus: & mortis. *ibid.* Quò relegatus, & ad quod opus? *ibid.* De ipſius Apocalypſi quid effatus ſit S. Hieronymus? 369

Joſaphati vallis. *V.* Vallis Joſaphat, *infrà.*

S. Joſephi, ſponſi Deiparæ virginis, angores animi, propter uterum Mariæ: narrantur à pag. 38. uſque ad pag. 47. *incluſ.* Ejus prosopopœja; quâ uſurus fingitur, in accuſatione ſponſæ, coram judicibus. 41.

Joſephus ab Angelo monetur in ſomnis, ad fugam in terram Ægypti capeſſendam. pag. 59. & 60. & 61. Fugit in Ægyptum. 61. & 62. aberránſque principiô fugæ, reducitur in viam ab Angelo. 62. & 145. Ex Ægypto redit. 63. & cum ſuis abit Nazarethum Galilææ. 64.

Iſſicus Sinus, & Iſſus urbs. 303.

Ituræa terra, ubínam, ex ſententia probabiliore, ſita ſit. 346. & 347.

Judææ nomine quid propriè cenſeretur. pag. 345. & 106 Ejus urbes quædam claræ. *ibidem.*

Judæi converſionem gentilium oderunt: & impediverunt. 237. idcirco rixoſis canibus perſimiles. *ibid.* à Romanis, aliísque gentilibus, maximô numero interfecti 239. Judaicæ plebis, circa S. Petri ſupplicium, deluſa ſpes, unà cum Herode. 294. & 295, & 296.

Judæi

Judæi tyrannidem Herodis Aſcalonitæ exſecrantur. pag. XI. Eorum feſta quandónam inciperent. 349. Judæorum deſideria, Chriſtum flagitantium. pag. XI. Num crimina capitalia ſemper eorum judicio ſubjicerentur. 132. Judæorum odium in SS. Petrum & Paulum, apoſtolos. 341. JESUM, confictum Deum dicebant. 342.

Judex Caſſius, rigidiſſimus. 228.

Judicii ſupremi tempus. 228.

Julius, centurio; S. Pauli deductor è Judæa Romam. 249. & 250. & 251. Paulum conſilio ſuper ſe pravo militum eripit. 267. ídque bono mundi publico. *ibid.* & Pauli privato. 268.

L.

LAcus, dicti etiam Carceres aliqui. 327. & quâ cauſsâ. *ibid.* & 328.

Laneis pedibus incedere. 360.

Laureata, quæ læta. pag. 139.

Lazari mendici, & divitis epulonis hiſtoria. à pag. 75. uſque ad pag. 80. *incluſ.* Lazari paupertas, & morbi. 76. & 77. ejus mala tractatio, à divite epulone, illiúsque familiâ. 77. mors felix. 77. & 78. Lazarus epulonem è ſinu Abrahæ intuetur. 79.

Ledæ Ova quænam. pag. 320. & unde concepta? *ibid.*

Lemnus inſula. 167.

Leo, Nero. pag. 313.
Libitina. pag. 367.
Libra cœleſtis. pag. 302.
Libripens. pag. 115. & 172.
Libs, ibis. ventus. 307. & de dictione ipsâ, ejúsque orthographiâ. 307.
Liburnia, quænam regio? pag. 324.
Linguæ ſerpentinæ ſimulacrum crebeirimum in rupe Melitenſi. pag. 271. & 326.
Lipara inſula. pag. 156. & 157.
Litare propriè, quid? pag. 140.
Livia Auguſti, quomodo, & à quónam cognominata, ſcurriliter. 155. & 156.
Lunæ curſus plenus. 223.
Lupa, conditorum Romæ nutrix. paginâ 240. Eadem & caſtrenſe ſignum. *Ibid.*
Lupinum genus Herodum, in fœminis quoque. pag. 334. & 335.
Luſtrum chronicum. pag. 116.
Lycáon, onis. pag. 141.

M.

MAcedo vir, per quietem Paulo adſtans: & quomodo? 233. & quis ille? 234. *Vide* & ſuprà, *V. Angelus.*
Macedoniæ montes. pag. 234. Macedonum urbes, & terræ; maturæ, capacésque Fidei Chriſtianæ ſuſcipiendæ. 208. & 209.
Machabæorum arx regia. 354. & pag. 365.
Macte, quæ vocis ejus vis, & ſignificatio. paginâ 322.

Mago-

Magorum, ad Christum parvulum venerandum, invitatio, pag. 55. Eorum, cum muneribus, exhibita Christo, adoratio. 55. Eorum vita Herodis immanitati, Angelicô monitu, præcepta. 56. & 57. Eorum numerus. 142. eorum patriæ terræ. *ibid.*

Mala imaginaria, supervacuè cruciantia, pag. 44.

Mali, servati propter bonos. pag. 268.

Mambræa quercus. pag. 107.

Maræ aquæ, amaræ. pag. 102, quo compendiô dulces effectæ sint. *ibid.*

Mare mediterraneum, ad occidentem Palæstinæ; varia habet nomina. 300. & 301. — Mare importuosum quod? 317. mare Punicum, ubínam societur mari Iönio. 321.

Mare Galilææ, piscium dives. pag. 221. & paginâ 330.

Maris sidera; quænam præcipuè priscis DI sint habita? 320.

MARIA Virgo, lilium. 24. Ejus, ab Angelo salutatæ, historia, à pagina 22. *inclus.* usque ad pag. 37, *inclus.* — Ejus Virginis devotus affectus, erga futuram Christi matrem. pag. 24. & 25. quam, se fore, minimè suspicabatur, nec expetebat. pag. 23.

MARIÆ nomen, significationum variarum dives. 26. & 120. Mariæ Plenitudo gratiæ, similitudinibus expressa. pag. 26. & 27. Mariæ uterus, gemmiparus; & margaritifer.

pag. 28. & 29. comparatus marinæ conchæ, unionem, seu margaritam, concipienti. 29.

MARIÆ demissio animi. pag. 25. & 33 & 36. & 37. Deo dedicatæ Virginitatis retinendæ constantia. 33. & 34. ab Angelo, novîs laudum ac præmiorum stimulîs inflammata. 34. & sui floris secura esse jussa. pag. 35. &, Elisabetæ cognatæ fœcũditatis exemplo narratô, exhilarata. 36. Mariæ intactissima castitas. 38. fœcunditas è Spiritu Sancto, mirifica, pag. 37. Mariæ ortus, à parentibus ejus postulatus, & è cœlo impetratus. 119.

MARIA invisit Elisabetam. 39. Ejus, indidem redeuntis, uterus animadversus, torquet S. Josephum. 39. *fin.* & 40. 41. & 42. Unde invicem & Maria torquetur. 43. & 44. quæ Deo rem omnem commendat. 44. & ab Angelo diligenter defenditur. 44. & 45. & 47. Maria, nubi comparata. 105. & velleri Gedeonis. 128.

Mariæ, nominis prosodia. 118. & 119.

Mariæ, sepulcri visitatrices. 220.

Mariamne, Herodis Agrippæ senioris, filia, & Agr. junioris soror. 334. Eodem nomine fuit & Turris Jerosolymæ. 361.

Materæus balsami hortus. pag. 144.

Mediæ noctis siderum conversio. 356.

Medusa, quæ, & qualis. pag. 358. Ejus sorores. *ibid.*

Melitenses catelli. pag. 324.

Meli-

Melitenſes homines, quatenus olim *barbari* dicti. 324. & 325. Eorum humanitas erga naufragos. 269. Ab S. Pauli tempore commorationis Melitenſis, eorum-Inſulæ ſerpentes venenô carent. 326. Et terra ipſa venenum pellit. 327. In ſcopulis Melitenſibus, ſimulacra linguæ viperinæ durant. 271.

Merita bonorum operum, quibusdam novatoribus deridiculo ſunt. 224.

Meröe, inſula. pag. 230.

Meſſiæ nomen, quid in ſe contineat. 139.

Milites, ad ſepulcrum Chriſti. 189. & 222. Militi manus decidunt. 227. Militares Græcorum veſtes, ubínam ferè confici ſolerent. pag. 304.

Miſerere mei. pag. 170. & 367.

Mola, in ſacrificiis. 173.

Mons-diaboli, pag. 151. & 152.

Morpheus, ei. pag. 311.

Mortem ad felicem, matura ſeriáque ſuſcipienda præparatio eſt. 80. & 81.

Moyſis virga, monſtrifica. 342. magicarum virgarum victrix. *ibid.*

Mulieres ſanctæ, ad ſepulcrum Chriſti. pag. 186. & 188.

N.

NAphtha, quid. pag. 355. & 356.

Natus quomodo Chriſtus ſit. pag. 137. & pag. 138.

Naves, etiam militum, & ducum, ſæpe mercium vectrices. 299. & 300. & 311.
Naves, ſidentes. pag. 319.
Navis Adrumetina. 300.
Navium, & naufragiorum prædones, quinam populi. 323. & 324.
Navigatio deſcripta. à pag. 251. uſque ad pag. 269. *excluſ.*
Naufragium. à pag. 264. uſque ad pag. 269. *excluſivè.* Naufragis inclementes nonnulli populi. 269.
Nazareni, id eſt, Chriſtiani. 312. & 338.
Nazarenum nemus, myſticum. 339.
Nazarethi, Galilææ civitatis, adumbratio brevis. 22. & 23. & 338. ubi ſitum id ſit. 117.
Nazarethi fons. *ibid.* Nazarethi ſignificatio. *ibidem.*
Nereius. pag 319.
Nero, leo. pag. 313.
Neronis quinquennium an laudabile. pag. 313. & 314.
Nili fluminis patria. 230.
Nineviſis, quis. pag. 154. & 155.
Nothus, quid? pag. 135.
Notus ventus. pag. 127. & 227.
Nox horrida. pag. 87. uſque poſt medium paginæ illius.
Nuntius, & nuntium. pag. 133.

O.

OLivarum mons, ſacratus. pag. 224.
Olympia. paginâ 227.
Opera bona, præparant aditum æternæ ſalutis. 213. & 214. & 215.
Opobalſamum. pag. 145.
Oraculum ethnicorum, confictum, de interitu religionis Chriſtianæ. pag. 341. mendax; & ipſomet eventu ſuî irriſum. *ibid.*
Quo tempore confictum primò fuerit. *ibid.*
Orgia, generatim: ſed per catachréſin. pag. 137.
Originale peccatum. *V.* Protoplaſtorum. *infrà.*
Ovatio. pag. 226.

P.

PAchynum promontorium. pag. 318.
Palæſtina, Syriæ accenſeri ſolita. 320.
Palmiferæ regiones. pag. 106.
Palmula, quid? 309.
Palus Sirbonis. pag. 147.
Pamphyliæ regio. pag. 303. Ejus vocis orthographia. *ibid.*
Panchaia, regio. pag. 299
Parcæ; earúmque officia. 321.
Paſcha, quoad dictionem, grammaticè. pag. 345.
Paſcha, quoad rem: & cujus divini beneficii fuerit anniverſarium monimentum.

pag. 352. & 353. Hebraicè, Paſach. 353. Paſcha, vernô tempore celebratum. 344. menſe ſcil. Niſan. *ibid.* & ſeptiduô. 352. Paſchalis agni ſanguis, ſuper poſtes. pag. 345. Ejus comeſtio. *ibid.* Ad Paſcha, populorum concurſus. *ibidem.*

Paſtores, ad turrim Jacob. pag. 52. Eorum hilaritas, ex ortu Chriſti, per Angelum eis annuntiatô. pag. 53. & 54.

Patronymica, paradoxa viſa. pag 116.

S. PAULUS, ante converſionem ſuî ad meliora, lupus. 232. & cur? *ibid.* poſt converſionem, Agnus. *ibid.* & coram quibus, e. g. *ibid.* S. Pauli navigatio, è Judæa in Italiam. 245. & 246. & pleniùs, à pag. 249. Ejus, ad Deum, ferventes preces; & divinâ cum voluntate conjuncta mens, inſtante naufragio. pag. 258. 259. & 260. & 261.

Paulus, prædictô ei ſimul naufragiô, ab Angelo ad majora ſuſtinenda animatur. 261. 262. & 263. Ei donatur vitæ incolumitas omnium, cum eo tunc navigantium. 262. Pauli navis frangitur. 264. ſalvîs omnibus vectoribus. *ibid.* Præripitur neci, à militibus ei deſtinatæ. 267. evadit in littus. 268. Idem viperam tractat, & abjicit; illæſo brachiô. pag. 270. & 271.

Paulo infenſi ſunt Jeroſolymitæ. paginâ 299. S. Pauli navis, in quónam typum præferret Eccleſiæ. 317. Conatus S. Pauli, Jeroſo-

rosolymis fidem Christianam plenè inferendi, frustra susceptus. 314. quam postea fidem ab eo Roma, locáque circumjecta, acceperunt. 314. & 315. ex mandato Christi. 315.

S. Paulus è qua tribu Israëlis fuerit? 315. ubi natus. 317. & 322. Cur è navi sua, licèt mox frangendâ, prohibuerit quenquam abire. 317. Ejus somnium veridicum. 318. morti, unà cum vinctis cæteris, destinatus. 322. Vas Electionis dictus. 323. Senem jam, quo tempore se cœperit nominare. 323. Pauli præsentia, & perambulatio Melitæ, venena serpentina tollit, ac pellit. 326. & 327. Paulinæ concionis, ad Felicem, & Drusillam, ecquis fructus? pag. 335.

Pausiæ, quid? pag. 225.

Pedisequæ, vocis orthographia. pag. 127.

Pelagius, adjectivè. pag. 305.

Pelasgia, regio. pag. 234.

Pella, æ. pag. 236.

Pentapolis, regio. pag. 114. ejus tractûs poma. 115.

Perillus, faber. pag. 157.

Personæ, in Divinis. pag. 122.

Petri & Andreæ Apostolorum pater, quis. pag. 329. & 330.

S. PETRUS apostolus, à Judæorum Pontificibus, & Sacerdotio, calumniosè traductus. 276. & 277. Expétitur ab Herode Agrippâ ad captivitatem, appetitu plausûs populă-

pularis. 277. & capitur, inclusus diro munitissimóque carceri. 278. ibi custoditur accuratè. *ibid.* Ei destinatur supplicii locus. 279. Ejusdem, in carcere, sollicitudo, circa quid distineretur? 279. & 280. Pro eo, ad Deum, ecclesiæ novellæ preces, & pia cura. 280. nec immerita. 281. nec irrita. *ibid.*

Petri supplicium promulgatur. 282. Populi Judaici, conceptum indè, gaudium. 282. & spectandi orexis, impatiens moræ. *ibid.* & præoccupatio locorum. 282. & 283. & imaginationes variæ. 283. sed irritæ. *ibid.* ut & cõjecturæ fallaces. 283. Petri habitus animi, & corporis, nocte, ante supplicii diem, ipsi destinatum. 284. Ejus somnus, inter milites, intus & foris constitutos. 285. *per totum.* & 357. ab Angelo suscitatur. 286. Petrus ab Angelo vestire se jubetur, & ordinè. 286. & 287. ab eodem educitur è carcere; nemine, nec prohibente, nec interpellante. 287. & 288. ne ferreâ quidem portâ obstante. 288. Eorum altum, in egressu, silentium. *ibid.*

Petri pro incolumitate, fusæ à fidelibus ad Deum preces, in domo Mariæ-Marci. 291. Petrus pultat ostium domûs Mariæ. 292. cujus intromissio diu differtur. *ibid.* intromissus, gaudium idem & affert, & allatum compescit. 293. Jerosolymorum ex urbe, migrat alias in oras. 293. & 294. Ejus locô, & caussâ, milites vitâ privantur. 294. & 296.

Ob

Ob Petrum elapſum omnis Judaica Jeroſolyma turbatur, unà cum rege ſuo. 295.

Petrus, paullatim, Judæis inviſus magìs, quàm priùs Chriſtus ipſe. 340. & 341. ut & poſtea Idololatris. 341. & cur? *ibid.* S. Petrus Chriſtianorum auctor præcipuus habitus ab Infidelibus. 342. & à quo tempore, diéq; , maximè. 342. Ejus carcer Jeroſolymis, quis, & cujuſmodi. 348. & 350. & 351. & 358. Petro prędicta crux. 351. S. Petri crux, quatuor extremitatum. 351. & cur? *ibid.* Ejus negatio Chriſti trina. pag. 353. & ejuſdem immota poſtea fides. *ibid.* Idem Hebraicè *Cephas* dictus. 353. Eum quis Angelus, & quónam habitu, è carcere eduxerit. 359. In qua eductione, catenæ, quibus exſolutus eſt Petrus, militibus manent. 359. Ejus caligæ quid. *ibid.* & 360. Ejus creber fletus. 360. E carcere, quibúsnam viarum flexibus exierit. 360. & 361. Jeroſolymis indè quónam abiiſſe exiſtimetur. 365. & 367.

Phaſaëlus, turris Jeroſolymorum. pag. 361.

Phiala aquarum, in Syria. 121. quid myſticè ſignificet. *ibid.* & 122. *princ:*

Philippi, orum. urbs. 235. S. Paulo chara. *ibidem.*

Philippus diaconus, evangeliſtes ſimul. paginâ 203. evnuchum Æthiopem adjungit Chriſto. 203. & 204. nec non & aliquot urbes, atq; oppida. 204. filias habuit. 230.

Phœnix, portus. pag. 307.
Phogor, mons. pag. 136.
Phoſphorus. pag. 173.
Pieria, quæ regio. 234.
Pilati nomen; quantum ad ejus proſodiam. pag. 222.
Piſcina probatica Jeroſolymis. 72. ejus loci ſitus. *ibid.* & pag. 152. Illius, per Angelum, agitatione, morborum omne genus curatum. 73. Cur *Probatica* diceretur, & *Natatoria*. pag. 153.
Plagæ, quódnam genus retium. 365.
Plinius Major. pag. 335.
Pluviæ divites. pag. 120.
Podalirii orthographia. pag. 152.
Poëtis, etiam Eccleſiaſticis, quatenus eonceſſa fictio. pag. 355.
Pólemon, rex. 332. à Circumciſione acceptâ quamobrem pedem retulerit. *ibid.*
Populi, ſeu vulgi, inſania, circa ſpectacula immania. 366.
Polus niger. pag. 215.
Porta ferrea, in regio Herodis palatio. 361. & 362. Porta Eſſenorum. pag. 363.
Precandi neceſſitas, ingruentibus rebus adverſis. 89.
Promulſis, & pararium. 174.
Pro-paſſiones in Chriſto. 158.
Proſelyti Judæorum. pag. 348.
Protoplaſtorum peccatum, quàm pernicioſum.

ſum. 83. fuit cauſſa cruciatuum Chriſti, *ibid.*
Protoplaſtorum voracitas. *ibid.*
Prytanéa, quid fuerint. pag. 338.
Pſalmi centeſimi noni verba citata, parodicè. pag. 83.
Ptolemæus aſtronomus. pag. 105.

Q.

Quarenta: & Quarentana, quid. 149.
Quercus Mambræa. 107.
Quinquennium Neronianum, quale. pag. 313. & 314.

R.

Regum titulô affecti & Cæſares. 317.
Remondi (Franciſci) epigramma in S. Gabrielem. 129.
Reorum habitus. pag. 229.
Reus, quis propriè dictus. pag. 328.
Rhamnus, quid. pag. 171.
Rhode, puella. 290. & 291. Ejus, erga Divum Petrum, ſanctus amor, ac ſtudium. pag. 292.
Romam S. Paulus directus à Chriſto. pag. 315. urbem, ſepticollem. *ibid.* in Latio ſitam. pag. 314.
Romani cur, tempore Chriſti, & Apoſtolorum, militem haberent in Syria, & Judæa. pag. 239. Eorum, in Judæos Cæſaréo-Palæſtinos, crudelitas. *ibid.*

Roſæ Pæſtanæ. pag. 127.
Rutrum, quid. pag. 347.

S.

SAcerdotum veſtis, apud Judæos. pag. 340.
Sadducæi, Judæorum hæretici 153. Quóſ. nam ad ſe maximè traxerint. 153.
Sagum, & toga. pag. 242.
Salmona, æ. quid. &, de vocis pronuntiatione. 305. & 306. occaſio litigii lexicographorum. 306.
Salutationis Angelicæ, ad beatiſſ. Virginem factæ, verba ſententiæq; diductæ. 121. & 122.
Sandalia S. Petri, quid. pag. 359.
Sanguineus Chriſti ſudor. pag. 97. & 171. & 172. In Sanguine, quomodo omnis carnis Anima eſſe dicatur. 171.
Sanhedrim, concilium Judæorum, *Magnum*. pag. 340. & *Parvum* aliud, *ibid.*
Sarra, Tyrus olim dicta. pag. 118.
Sathanæ forma horribilis, deſertum Chriſti, ejúſq; congreſſum, petentis. 67. Ejus, in Chriſto tentando, petulantia. 68. & extrema impudentia. 69. Qui demum profligatur. 69. cum magna ſuî confuſione, ac dolore. 70.
Saulis regis haſta. 126.
Scenopegia Judæorum. pag. 12. & 13. & 107. & 108.
Seps ſerpens, quàm noxius. 326.

Sepul-

Sepulchra patriarcharum veterum. pag. 130.
Serpens, aptum diabolo malorum, hominibus inferendorum, instrumentum. 325. Ejus exempla quædam brevia. *ibid.*
Sicilia, cur Trinacria dicta. 318.
Sidentes naves. pag. 319.
Sidon urbs, ejúsq; nomen. pag. 365. Sidonidæ, arum. 301.
Signa Romanorum militaria, multa. 239.
Signa Zodiaci. 302.
Sinapius, notatus. pag. 136.
Sion, mons. 229. & 364. & 365. Ejus nomen tandem & monti *Moriæ* communicatum. 347. De vocis *Sion* consideratione grãmaticâ. 366.
Sirbónis palus. pag. 147.
Sistrum, quid. pag. 135. contra Sinapii mentem. *ibid.* & 136.
Somnium S. Pauli veridicum. pag. 318.
Somnus militum, Petri custodum; & Saulis, quàm profundus. 358.
Sortes consulere, & edere. 351.
Sphingis forma. pag. 370. ejus vocis orthographia. *ibid:*
SPIRITUS *Sanctus*, in Conceptione Christi, beatiss. Virginem obumbrans. pag. 111. — A patre, Filióque, in Divinis procedens. 122. Favonio vento assimilatus, ejus affluxus. pag. 128.
St. sc. sp. & similium, lis prosodica. paginâ 343.

Stel-

Stellarum, ac ſiderum, hilaritas, in ortu Chriſti. pag. 51. Stella trium magorum. pag. 138.

S. Stephani mors, quantô præceſſerit ſpatiô temporis S. Jacobi apoſt. Majoris mortem. pag. 340.

Stoa. res ipſa; & vocis proſodia. 235.

Stola. quarum veſtis. 155. & 156. Stolatus Ulyſſes. pag. 155. & 156.

Strabo geographus, quando vixerit. pag. 230.

Stratópedon, Jeroſolymis, quid? 358.

Suecorum pararium, ante pugnam cum hoſte. 174.

Summœnianus. pag. 136.

Superbia, unde dicta. pag. 120.

Sybaritarum, in utroque ſexu, luxus, & mollitudo infamis. 324.

Synagoga, & Jeroſolyma, quales in Chriſtum. pag. 224.

Syncopæ verborum. pag. 220.

Syrtes, major, ac minor: ubi; & quales. pag. 312.

T.

TAbernaculorum feſtum. pag. 107. & pag. 108.

Tabularium propriè quid. 134.

Tænarus, & Tænarius. 170.

Tarteſſus, & Tarteſſis-regio. 242.

Techna,

Techna, æ. pag. 142.
Tempestatis æstivæ, nocturnæque, hypotypósis. pag. 191. Et tempestatis maritimæ. à pag. 252. usque ad 256. *inclus.* In Tempestate maritimâ, trepidatio. pag. 256. & 257.
Tempus uteri materni prægnantis legitimum, & ordinarium. pag. 112.
Terræ-motus. pag. 190.
Testamenti novi lux major, quàm veteris. pag. 9.
Thessalonica, urbs. pag. 179. & 209. — Undénam sic dicta. 235. & 236.
Thetis, & Tethys, deæ distinctæ. pag. 308.
Thymus, plantula; duplicis generis. paginâ 136. & 137.
Tiberis, & interdum Tibris: ac Thybris, prosodicè differunt. 241.
Tonitrui-filii, quam ob caussam dicti fuerint, duo filii Zebedæi. 339.
Trabeæ, non uniusmodi. pag. 225.
Trachonitis terra. pag. 346.
Traha, & trahea. pag. 120.
Trapes, étis. pag. 174.
Triarii milites. pag. 161.
Triéres. pag. 319.
Trinacria cur dicta sit Sicilia. 318.
Tristis nemo Semper sit. pag. 181.
Troas, adis. pag. 233.
Troja metaphorica. pag. 111.
Tubâ indîci solita supplicia. 353.

Tunica

Tunica-moleſta, priſcis quæ? 156.
Turris Jacob, ad Bethlehem. pag. 52. &c.
Turres tres celeberrimæ, ab Herode Jeroſolymîs exſtructæ. 361. & quorúmnam honori, ac memoriæ. *ibid.*
Typhon, is. ventus. pag. 308. qui idem & Typhonicus. *ibid.* ejus venti furor. 255.
Tyrus, etiam Sarra dicta. 118.

V.

VAcans, pro Inanis, & vacuus. 329.
Vallis Joſaphat, quæ, & qualis. pag. 163. & 164. & 225. Locus ſupremi tribunalis mundi. 164.
Vellus Gedeonis, myſticum. 128.
Ventus, cæteris calidior. 127. venti Typhonici violentia. 255.
Ver, circa tempus æquinoctii ſui, quale Palæſtinis. pag. 23.
Verátrum, i. pag. 162.
Veſtigia pedum Chriſti Aſcendentis. paginâ 226.
Veſuvius, mons. 229. diversè pronuntiatus à diverſis. *ibid.* Veſuvianum, ſub Tito Cæſ., incendium. 335.
Vexationis utilitas. pag. 115.
Vietus, vocis proſodia. pag. 154.
Vipera, à S. Paulo innoxiè tractata. paginâ 270. & 271. Viperinæ linguæ, expreſſæ in rupibus Melitæis. 271.

Virgi-

Virgines, & viduæ piæ, cohabitantes, amore Dei. 363.
Viroſæ. pag. 133.
Vitæ amor, potior omnibus. pag. 257. in naufragiis maximè elucet. 266.
Ulyſſes ſtolatus. pag. 155. & 156.
Uncinus, propriè quid? pag. 106. & 107.
uncinus metaphoricus. 107.
UNIO, vox æquivoca. pag. 124.
Unio, pro margarita. pag. 124. ubi, & unde naſcatur. *ibid.* Myſticè, quid in Chriſti conceptione ſit? *ibid.*
Unio hypoſtatica, in Chriſti incarnatione. pag. 122. An, & cujus generis, ac nominis ſub meritum, cadere potuerit. 123. Quomodo item, & quale ſub meritum, reſpectu Deiparæ Virginis? 123.
Volæ, paginâ. 319.
Voléma, quænam dici ſoleant? 165.
Volvulus. pag. 169. & 170. Et aliter, paginâ 367.
Urſa cœleſtis: ſidus geminum. 356. &, quæ ad eam ſpectant. *ibid.*
Vulpes, Herodis ſtirpi inſitum, & inditum, agnomen. pag. 143.

Z.

ZACHARIÆ, patris S. Joannis baptiſtæ preces, ac vota; ad altare thymiamatis. pag. 13. & 14.

13. & 14. Ejus preces, accommodatæ Antiphonis, O. pag. 109. Zachariæ hujc apparet Angelus. 15. eúmque alloquitur. *ibid.* & prænuntiat ei Joannis ortum. 16. & 17. eidem etiam mores prædicit, & gerenda per filium. 17. & 18. Zachariæ, de vaticinio Angelico, dubitatio; credendíque difficultas, 19. ab Angelo increpatur. 20. Unde Zacharias, non mutus duntaxat, ſed & ſurdus, digreditur. 115. & 116.

Zazynthii, feroces, & rapaces. 323. & pagina 324.

Zephyritis, idos. pag. 118.

Zephyrónotus. pag. 319.

Zephyrus. pag. 221.

Zodiaci ſigna cœleſtia. 302. undénam ſingulum Zodiaco nomen. 302.

Finis Indicis.

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

28 — **Bisselius, Joa.**, S. J. Antiquitatum
gelicar. veteris (et novi) Testamenti, tu
jambica, juxta exemplar Ambergense re-
cusa. Aug. Vind., Laur. Kroninger & haered.
Theoph. Goebelius, 1701. 12. 2 Teile i.
1 Bde. Blindgepr. Schwsldrbd. 2.—

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Bissel, Johannes

Ioannis Bisselii ... Antiquitatum angelicarum novi Testamenti, tuba iambica

Augustae Vindelicorum 1701

P.o.lat. 1684 u#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10609969-9
VD18 15243664-001